


Nr. 16.



4,

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

FIDE, TAMQVAM OPERE DEI SVMMO:

QVAM
DIVINO FRETVS AVXILIO
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE
PAVLO ANTONIO,

S. S. THEOLOGIAE DOCT. EIVSQVE PROFES-
SORE PVBL. ORDINARIO, CONSISTORII REGII
IN DVCATV MAGDEBVRGICO CONSILI-
ARIO, ET DIOCESEOS SALANAЕ
INSPECTORE,

PATRONO AC PRAECEPTORE SVMMA ANIMI
VENERATIONE COLENDO,

IN AUDITORIO MAIORI
SOLEMNI MODESTOQVE DISQVIRENTIVM
EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR

IOANNES LICHOTIVS,

ELBINGA · PORVSSVS,

S. THEOLOGIAE CVLTOR.

HALAE MAGDEB. AD D. MAII. AN. REPAR. SAL. CIO IOCC XXVIII.

LITTERIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYP.

DIESE ETATIO HESOLOCIS
FIDE, ET AMOR
OPERE DEI SANCTO

GRATIA
DILECTIONIS
IN REGLA TRINITATIS
PRUDENTER
PAULUS ANTONIO
SOPHIAE ORGANICONIS
IN PRAEVARIA MODERATIONE
TRIGET DOLCEBVS
INTERCLORE
PATRONO AC PRAEACIBVS
TANAKYAN CAVAMBO
IMAGINIS
SOLFMI MUSICO ET DRAMATICO
SARAZENI SAVILLI

9. ACTOR
JOANNIS LICHOTIAZ

HILFE WOODS AD O. 2000. 1000. 2000. 3000.
MILLER CHRISTIANUS AGAGI

VIRIS
MAGNIFICIS, GENEROSIS, AMPLISSIMIS
ATQVE CONSULTISSIMIS,
PROCRIBVS CIVITATIS REGIAE
ELBINGENSIS,

VIRIS
MAGNIFICIS, GENEROSIS, AMPLISSIMIS
ATQVE CONSULTISSIMIS,

DOMINO
ISRAELI HOPPIO,
BVRGGRAVIO REGIO ET PROTO-SCHOLARCHE,
DOMINO
CAROLO RAMSEY,
PRAESIDI,
DOMINO
DOMINICO MEYERO,
VICE-PRAESIDI, OFFICIQVE PVPILLÄ-
LARIS CVRATORI,
DOMINO
SIGISMVNDOSIEFERT,
ECCLESiarVM PRAEFECTO,
PRAECONSVLIBVS GRAVISSIMIS:

NEC NON

DN. DANIELI FUCHSIO,
CONSVLVM SENIORI,
DN. IOANNI SIGISMUNDO IVNG-
SCHVLZIO, ALIAS NEODICO A ROEBERN,
REI MILITARIS COMMISSARIO,
DN. MICHAELI ENGELCKE,
REI PISCATORIAE PRAEFECTO,
DN. BARTHOLOMAEO MEIENREIS,
CAMERARIO AB EXTRA,
DN. DANIELI CONRADO,
SCHOLARCHAE, XENODOCHII MAXIMI CVRATORI,
ET REI MOLENDINARIAE PRAEFECTO.
DN. GEORGIO BRASSIO,
DN. IACOBO BECKHERO,
IVDICI URBANO,
DN. IOAN. HENRICO MOELLERO,
CAMERARIO CIVITATIS,
DN. PETRO KAVERAV,
CENSORI,
DN. PHILIPPO SCHROETERO,
VICE-CAMERARIO.
DN. CHRISTOPHORO ROSKAMPFIQ,
IVDICI TERRITORIALI,
CONSVLIBVS MERITISSIMIS,
MAECENATIBVS AC PATRONIS SVIS
SUBMISSO OBSERVANTIAE CVLTU PROSEQVENDIS.



VIRI

MAGNIFICI, GENEROSI, AMPLISSIMI
ATQVE CONSVLTISSIMI,
MAECENATES AC PATRONI SVBMISSO OB-
SERVANTIAE GVLTV PROSEQVENDI

QVM illi, quos supremum
numen publicæ salutis gu-
bernaculis admouit, ipsius
Dei

Dei vicibus in terra fungantur, ob e-
amque caussam deorum nomine in
litteris insigniantur cælestibus; sum-
ma proœcto eosdem animi deuotio-
ne prosequendos, iisque rationem
rerum nostrarum reddendam esse,
res ipsa loquitur. Id quod in primis
eos decere arbitror, qui studiis sacris
operantur, vt & in hoc grauissimo
officio aliis suo præluceant exem-
plo. Facile ex his, cur VESTRIS, PA-
TRES PATRIAЕ AMPLIS-
SIMIS NOMINIBVS, hasce me-
as qualescumque studiorum primi-
tias, sacras deuotasque facere sustine-
am, constare potest. VOS enim estis,
quorum imperio & ditioni me subie-
cit prouida numinis summi, cuncta
sapi-

sapienter dirigentis, cura; quorum
sub tutela, ceu vmbra dulcissima, a
primis incunabulis recubare secure,
michi datum fuit; immo quorum insi-
gnis erga athenæum patrium munifi-
centia, in me indignum maxima bene-
ficia deriuauit. Nihil enim VO-
BIS est prius, nihil antiquius, quam
vt non modo adolescentum ingenia
bonis artibus imbuantur; sed & vera,
nec fucata, eorum pectora pietate ex-
ornentur. Præterea quidquid VO-
BIS mens fuggerit consilii, quid-
quid dignitas potentiae, quidquid
ardoris erga vestros amor, id omne
ad salutem patriæ promouendam cle-
mentissime confertis. Accipite ergo,
VIRI MAGNIFICI, GENEROSI,
CON-

CONSVLTISSIMI, PROCERES
PATRIAЕ GRAVISSIMI, MAE-
CENATES atque PATRONI o-
mni obseruantiae cultu deueneran-
di, hocce animi gratissimi, pecto-
ris candidissimi, mentisque deuo-
tissimæ, munus, quod omni destitu-
tum splendore VESTRA præclara
fretus clementia, summa cum vene-
ratione VOBIS consecro, idque ut
pro singulari VESTRA indul-
gentia benigne accipiatis, meque
dignemini benevolentia, demis-
sa precor mente. Ego vero præ-
potentem rerum omnium modera-
torem supplex semper venerabor,
ut VOS, VESTRAMQVE rem
publicam suo præsidio, ceu clypeo,
tuea-

tueatur, omniaque, quæ VOS beatos felicesque reddere possunt, clementissime largiatur.

VESTRARVM MAGNIFICARVM
ET NOBILISSIMARVM AMPLI-
TUDINVM

Halæ, die xxvi. Maii,
M DCC XXVII,

obseruantissimus cultor

IOANNES LICHOTIVS.

AVCTORI ΤΗΣΙΩ
præsentis dissertationis
integerrimo atque doctissimo
IOANNI LICHOTIO S.

LENA, en! plantauit: plantatum HALA nostra rigauit;
sit Deus * *αὐτόν*. Patria dicat Amen!

At sit fixa fides maneatque in Numine summo!
Sis ** Christi! in Christo sit Pater ipse tuus!

* I Cor. III. 6. 7. ** ibid. v. 22. 23.

πάτερ Φωνή μα ταξιδεύματικόν

PRAESIDIS.



PROLEGOMENA.

Fide descripta §. I. *summa eius frique instituti exponitur ratiocinio indicatur necessitas.* §. II. no. §. III.

§. I.



Vum in tradenda doctrina de fide aliquid pro illa tenui infirmaque parte tendandi nobis animus sit, atque demonstrandi, eam omnibus Dei operibus longe antecellere; ante omnia, quid nobis hoc fidei nomine veniat, paucis videtur indicandum. * Intelligimus potentem illam operationem, qua Deus, ex pura gratia, ob Christi meritum, mediaente verbo & baptismo, in homine, infinitum in modum depravato ac mortuo; sed diuinitus ob peccata contristato & contrito, cum viribus ad credendum spiritualibus, ipsam nouam vitam producit, eumque proinde omnis gratiae atque æternæ salutis, Christi sanguine partæ, reddit participem. **

* Etenim varii occurunt passim fidei significatus, quos recensere merito supersedemus, quum vbique obuii sint exppositae. Id saltum hic obseruari velim, quando homines, a

vera doctrina longe alieni, in suis ieholis fidei voce vtuntur, ea tantum puerorum more ludere, & ad incautos fallendos turpiter abuti. Produco hic primo in medium patres Tridentinos, qui in concilio, quod habuerunt, multa de fide verba faciunt; at toto, quod aiunt, cælo, nostram sententiam ab illorum de fide mente differre, ostendit venerabilis senex, PAVLVS ANTONIVS noster, præses atque præceptor pie nobis venerandus, in *dissert. de insigni harmonia fidei*, §. 35. pag. 33. sequ. Deinde fucum faciunt, qui Socini castra sequuntur, dum fidei mentione imiecta, nihil aliud, nisi eiusmodi vitæ sanctæ conatum intelligunt, quo Christi præcepta institutaque diuina obseruare quis adlaborat: quod ex FAVSTO SOCINO probat vener. IO. GEORGIVS WALCHIVS in *actis Pauli Philip. illustratis*, §. 55. insertis *primitiis saecris Ienensibus*, p. 272. ubi simus moneatur, quando Arminii ad seculæ de fide loquuntur, eundem latere anguinem in herba. Nec illos prætermittere possum, qui fanaticorum placita sequuntur. Hi enim cum nostratibus conceptis verbis, fidei iustificari hominem, adfirmant; sed si rem ad verum exigas, id sub hac splendida voce alunt, quod longissime a genuina fidei notione abest. Contra quas præstigias solide calatum strinxit venerabilis Ienensium theologus, IO. FRANC. BVDDEVVS, præceptor & hospes quandam patris instar colendus, in *dissert. theol. ac fide, quam nonnulli fingunt, naturali, in miscell. sacr. parte III.* pag. u^o 3, cui addatur IO. ADAMVS SCHERZERV acutissimus, *de vocatione discipulorum Christi ad apostolatum exercit. philol. theol. sect. II.* quæst. IV. Nos vero scripturæ sacrae ductu, eam indicamus fide notionem, quam modo produximus. Præcipue quidem in fidem, quam vocant, *specialem*, oculos defixos habebimus; ita tamen, ut *generalis* non penitus omittatur.

** Hæc fidei productio in sacris litteris regenerationis voce venit, *Ioan. III, 3. coll. v. 15. 16. 17. 18. I. Ioan. V, 1. I. Pet. I, 3.* qua voce ad rem ipsam exprimendam nihil videtur esse aptius, ut pluribus exponit modo laudatus IO. FRANC. BUDDEVUS in

in *infit. theol. degm.* lib. IV. cap. III. §. 16. p. 1205. Possunt quoque de hac fidei notione euolui pii confessores in *apol. Aug. conf. artic. IV.* p. m. 19. coll. *declaratione artic. concord.* pag. m. 952. sequ.

§. II.

Hæcce fides quam sit omnis salutis fundamentum, res ipsa loquitur, nihil vera * fide esse debere prius, nihil antiquius. In primis illos, qui litteris sacris ad saluandos alios vacant, vt totos se fidei studio tradant consecrentque durissimum vrget necessitatis telum. **

* Fide omnem salutem animæ absoluī, merito tamquam euictum hic supponere possū, quum nemo inter nostrates hac de re dubitet. Conferri tamen possunt loca: *Marti XVI.* 16. *Ioan. III.* 16. 36. *Act. XIX.* 21. Quæ quum ita sint, ecquis sibi persuadeat, rem leuis esse momenti, quam quis de fide menti infixam habeat opinionem? Summum vtique audit salus sempiterna periculum, si erronea est fides, & scripturæ sacrae non conformis. Interim proh dolor! nihil est solemnius, nihil frequentius, quam vt plurimi inani quadam fidei umbra, vanisque commentis se decipient. Alii litteralem aliquam & externam de Christo eiusque morte historiam, omni destitutam adsensu adfectuque diuino, pro vera fide reputant. Alii carnis quamdam securitatem, imaginationem & figmentum proprii cerebri de impunitate quorumlibet scelerum etiam sine poenitentia, pro fiducia, quam vera fides requirit, venditant. Alii mortuam fidem, omni fructu spirituali, vitaque, quæ ex Deo est, carentem, pleno ore pro vera fide profitentur. Alii aliter hic in deuia rapiuntur & præcipitia. Præiudicatae, quæ vigent in orbe christiano de fide opinione, vtramque hic faciunt paginam, quarum vi abrepti mortalium plurimi æternæ salutis faciunt naufragium. Quæ præiudicia, seu suauissima plurimorum de fide formnia, recenset clar. 10. GVL. BAIERVS, filius, in *disquis.*

theol. de preiudicis practicis christianismo noxiis, cap. II. §. 10.
pag. 20. cui iungendæ summe venerab. PRAESIDIS obleruationes theol. de conuersione Samaritanorum ad christianismum,
§. 5. pag. 4. sequ. vbi mulieris Samaritanæ circa fidem præiudicia, a diuino scriptore Ioanne cap. IV. consignata, ex-
pendantur. Patescunt ex his satanæ, iurati generis humani
hostis, innumeræ machinationes, qui, quum redemtionem
generis humani non potuit impedire, omne suum artificium co-
consert, ut organon adplicationis vel eripiat, vel labefaciat, vel de-
pauet: sunt verba summi ecclesiæ nostræ theologi, MART.
CHEMNITII in loc. theol. parte II. pag. 241. De quo sua quo-
que extate acerbissimas necit querelas b. MART. LUTHERVS,
quas exhibit prefatio in epistolam ad Romanos, quam obser-
uationibus illustratam introductioni historico-theologice in epi-
stolam ad Rom. subiecit vener. IO. IAC. RAMBACHIVS, pre-
ceptor noster piamente colendus, §. 17. pag. 171. sequ. Plura
hac de re patris nostri testimonia vide in MART. STATII
Luthero reduitio, lib. I. cap. I. pag. 21. sequ. & pasim alibi.

** Præeunte hic habemus megalandrum MART. LUTHERVM, qui in prefat. in epist. ad Gal. ex adlegatione colle-

gii pastoralis Lutheri a CONRADO PORTA editi, parte V. pag.
106. hæc dulcissima verba de semetipso consignauit: *in corde meo iste unus regnat articulus, scilicet fides Christi, ex quo,*
per quem & in quem omnes meæ, die nocteque stant & refluen-
tunt theologicæ cogitationes; nec tamen, pergit, comprehendisse
me experior de tanta altitudinis, latitudinis, profunditatis sapientia,
nisi infirmas & pauperes quasdam primitias & velutii
fragmenta. En hic mentem vere Letheranam! Id quoque
muneris, quod angelicis tremendum humeris, requirit dignitas
grauitasque. Πρὸς τοῦτα τίς ιανός; ad hæc quis idoneus?
exclamat Paulus II. Cor. II. 16. is profecto solus, qui fide vera
& diuinitus accensa, præcinctum præ se fert pœtus. Quan-
ta hic subeunda fido Christi seruo certamina? quanta rerum
discrimina? prædicare, inquit MART. LUTHERVS, verbum
Dei,

Dei, nihil aliud est, quam derinare in se furorem totius inferni & satanæ, deinde omnium sanctorum in mundo, & omnem potentiam mundi. Est autem, pergit sanctus vir, periculosisimum vitae genus tot dentibus satanæ subiici. Quanta ex his aureis verbis clareat fidei necessitas, neminem fugere posse arbitror: quippe quæ omnia tela maligni illius ignita, extinguere valet. His accedit, quod sit illius, qui ad alios salutari doctrina pascendos constituitur, fidem veram a tot, quibus obnoxia est, depravationibus distinguere & separare; equis tandem hoc præstabit? nisi qui ipse veram animo imbibetur fidem. Merito enim hic maiorum insisto vestigiis, qui in Aug. confessione pag. m. 25. de doctrina fidei ingenue adferunt: tota hec doctrina ad illud perterrefactæ conscientie certamen pertinet, nec sine illo certamine intelligi potest. Sed hec sufficiant. Conferri vero meretur summe venerabilis senex, abbas IOACH. IVSTVS BREITHAVPTVS, in disputat. theologica de notis candidatorum ministerii ecclesiastici, thesi III. n. 5. pag. 12. sequ.

§. III.

Ex his, quæ præpisimus, facile, cur nos de fide, tamquam opere Dei summo, agamus, constare potest. Superest, ut aliquid de methodo tractandi addamus.

* Vt res tota, vti dicunt, a fonte repetatur, primo tractabimus de operibus diuinis in genere, vt sic ex collatione variorum Dei operum, quantum fides sit opus, eo melius clariusque videri possit. Hinc caput primum de operibus diuinis aget in genere, quod nobis viam aperit ad caput secundum, de fide, tamquam opere Dei, & per hoc tandem licet ad id, in quo cardo nostræ disputationis vertitur, peruenire, ad caput tertium, de fide, tamquam opere Dei summo.

Iam licet tractationis nostræ vela pandere, diuino nitentibus ducu & influxu. Interim rogamus lectorem, vt ignoscat nostræ infirmitati, omniaque in optimam interpretetur par-

tem,

tem, considerando, hæc a iuene, parum exercitato, esse per scripta.

CAP. I.

DE OPERIBVS DIVINIS IN GENERE.

- D**escribitur finis, ad quem homo, *creatus est, ad cognoscendum et colendumque Deum, §. I.* Ad quem finem adsequendum opera diuina, tamquam media, tendunt. *§. II.* Hinc datur operum dinorū.
- I. Descriptio, *§. III.*
 - II. Diuīsio, *§. IV. in*
 - 1. Opera naturæ, *§. V. quæ sunt*
 - a. *Hoc viuensum, §. VI.*
 - b. *Homo præcipue, §. VII.*
 - III. Conuenientia operum naturæ & gratiae, *§. XI.*
 - IV. Differentia, *§. XII.*

EVm in finem homo conditus est, vt Deum, ens illud, quod omnium rerum, quæ cœlo terraque continentur, auctor primaque causa existit, cognoscat, debitoque summas eiusdem perfectiones cultu prosequatur. *

* Id ipsa ratione suffragante tandem constat, & quidem argumento, vt aiunt, a priori petito. Comprehende quæ & propone ante oculos, quanam ratione, Numen illud supremum, cuius existentia, teste M. TULLIO CICERONE de natura deorum, lib. II. pag. m. 57. *omnibus innata est, & quasi insculpta animo, ducitum fuerit, vt ad producendas res creatas sefe acingeret?* Num spe amplificandæ augendæque perfectionis, & exinde redundantis beatitatis id fieri potuit? Id summa, qua gaudet, ens necessario existens, independentia indignum conferi debet. Est enim sibi ad omnem beatitatem sufficientissimum, nec vlla e re, quæ extra ipsum existit, eiusdem

dem perfectio augeri potest. Hinc nulla alia ratione permotus Deus condendi hoc vniuersum animum induxit, quam ut manifestaret infinitas suas virtutes, easque cognoscendas, venerandas, exosculandasque rebus productis præberet & porrigeret. Quuin iam a posteriori, ut more, in scholis receperto, loqui pergamus, adpareat, solum hominem inter omnes res creatas, quæ sensibus percipiuntur, ita esse formatum, ut huic consilio diuino adimplendo & exsequendo parem se esse deprehendat: (gaudet enim intellectu ad conditorem suum cognoscendum; gaudet voluntate, quæ se ad debitos summo perfectissimoque rerum omnium arbitro honores deferendos potest componere. Insuper naturali quodam instinctu ad omne id, quod vel sua nos benignitate, vel præstantia adficit, venerandum amandumque impellimur;) quis dubitet, hominem hunc in finem conditum esse atque procreatum, ut Deum cognoscat colatque: idque ipsa natura magistra edoceri.

§. II.

Vt vero Numen illud supremum rite cognosci & amari posset, velut in effigie menti humanæ proponenda erant perfectiones diuinæ: * id quod factum, dum Deus tot, tamque innumera, produxit opera.

* Quum is, qui cognoscendus est ac venerandus, Deus, lucem inhabitet inaccessam, nec vlla oculorum acie, infinita eius essentia capi, vel adprehendi possit, non aliter mortalibus innotescere potuit, quam per expressum quoddam exemplar, quod diuinæ contineret sisteretque virtutes. Lucem his adfundit locus Exod. XXXIII, 20, vbi Mosi, gloriam diuinam, seu fulgidissimam, quam nemo mortalium ferre poterat, diuini numinis formam, ut oculis usurparet, petenti, Deus contetur: *non poteris videre faciem meam: homo enim me videre & vivere nequit,* & v. 23, id confirmat, dum *אַחֲרֵי posteriora,* inquit, *mea videbis:* quod commodissime de effectibus, seu operibus diuinis, immensæ essentiae virtutes, modo intellectui

B

humana

humano tolerabili & accommodato, repræsentantibus, explicare licet. Qua vero ratione hæc cum v. n. vbi dicitur: *ad loquebatur Iehouah Mosen a facie ad faciem*, cet. sint concilianda, vide celeber. IO. FRANC. BUDDEVM in *historia ecclesiastica ver. testim. tom. I. per. II. §. 7. pag. 522.* Idem quoque declarat I. COR. XIII, 12. *cernimus nunc di cōspicere per speculum ēt dīvīnū partē.*

§. III.

Hæc igitur est operum diuinorum natura indolesque, vt diuinæ virtutes, perfectionesque animo humano, tamquam in imagine quadam, exhibeant proponantque, & quasi in tabula depingant. * At quotus est quisque, qui adtentis, hæc specula, visui suo quotidie exposita, oculis dignæ lustret. **

* Paullus, gentium doctor summus, hæc ad Rom. I, 20. disertis refert exponitque verbis: *τὰ ἀρχαὶ ἀνθρώπων, inuisibilias Dei, scilicet αὐτὸς αὐτὸς, ut statim addit, δύναμις καὶ δεῖστης, quam nemo umquam vidit, καθορᾶται peruidetur.* Quomodo? *τοὺς ποιμένας, ex iis, que facta sunt, αὐτῷ κλεψεις κατέβασθε, ex creatione mundi, id est, ex operibus, per primæuam creationem a Deo productis.* Addi huic loco potest Psal. XIX, 1. 2. seq. *cæli enarrant gloriam Dei* cet. quorum commatum egregiam explicationem suppeditat HERM. WITSIVS in *acconom. feder. Dei cum hominibus*, lib. III. cap. V. §. 12 pag. 319. Sed his diutius inhærere non placet. Obseruandum vero, quando in scriptis philosophorum, idololatriæ deditorum, insignia de Deo, ex operibus cognoscendo, videntur occurrere testimonia, caute & cum grano salis esse accipienda. Audiamus, ut vnicum adferam exemplum, L. ANNAEV M SENECA M IN *prefat. natur. question.* lib. I. pag. m. 571. qui alta voce nature opera decantans concludit: *illic incipit Deum nosse.* Quid est Deus? mens uniuersi. Quid est Deus? quod' vides totum & quod non vides totum. cet. Verum in eiusmodi stoicorum effatis con-

fun-

fundit Deum cum ipsa natura, nec ea, qua pars est, ratione ab eadem separari, satis probatum est a vener. IO. FRANC. BVD-
DEO differt. II. de erroribus stoicorum in philos. morali §. 2. quæ
in *analepsis historiæ philosophicæ extat*: quemadmodum &
alias sub splendidis nominibus absurdia, imo impia, dogmata
venditarunt.

** Merentur hic legi, quæ ipse homo paganus M. TYLLIUS
CICERO, de hoc mortalium torporo exhibit *dæ natura deorum*
lib. II. pag. 90. 91. *ad fiduciam quotidiana, & consuetudine oculorum*,
adfuescunt animi, neque admirantur, neque requirunt rati-
ones earum rerum, quas semper vident: perinde quasi notitia nos
magis quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas exci-
tare. Quam hominum hac in re negligentiam, ignauiam & in-
curiam littere sacræ cum brutali comparant stupore. Ps. XCII, 7.
אֲיוֹשׁ־בָּעֵר לְאַרְעָה וּכְסִיל לְאַדְבָּן אַתְּזָהָת: *vir brutus non*
nouit, non curat, considerat & stolidus non intelligit, aut pene-
trat hoc: quod scilicet de amplitudine operum diuinorum, & fine,
per illa intento, dictum est v. 6. vid. vener. preceptoris nostri
IO. HENRICI MICHAELIS annotationes ubiores in hagiographos vet. testam. libros, vol. I. in Psal. pag. 701.

§. IV.

Duplex vero datur operum diuinorum campus, is-
que latissimus, * quorum alter continet opera, uti vo-
cantur, *naturæ*: alter exhibit opera, quæ dicimus, *gratiæ*.

* Tantam operum diuinorum varietatem, tamque cu-
mulatam complexionem, finis, ad quem rerum creatarum
tendit productio, requirit. Quod si enim per opera diuinæ
virtutes, quæ sunt innumera & infinitæ, manifestari debent,
in infinitum sane cumulanda & varianda fuere, ut in illis im-
mensæ sapientiæ, infinitæ benignitatis, summae omnipoten-
tiæ, cœt. specimina, oculis hominum exponerentur.

§. V.

Opera naturæ sunt res, quæ per primævam creationem a

B 2

Deo

Deo ex nihilo productæ, adhuc conferuantur, infinitam, qua pollet Numen supremum, indicantes potentiam. Hinc regnum, vti loquuntur, omnipotentiæ constituant.

§. VI.

Ad hæc opera refertur totius huīus vniuersi immensus, nec vllis fere circumscribendus limitibus, ambitus, & omnia, quæ in eo cernuntur, diuinorum virtutum illustrissima monimenta, * quæ omnium animos in stuporem admirationemque rapiunt merito.

* Illa puto vastissima splendidissimaque cœli tecta, tot tantisque distincta sideribus. *Orbem terrarum*, vt verbis, quæ in M. TVLLII CICERONIS consolatione pag. m. 203. habentur, vtar, *magnum quoddam theatrum, diuina mente, repletum, & celestis indicande sapientiae gratia tam multis undique collucentibus ornamentiis illustratum ac depictum*. Quæ diuinæ omnipotentiæ opera, summa sua præstantia, etiam eos, qui sola luce rationis fruebantur, mouerunt, vt pro virili in iisdem prædicandis haud officio suo defuerint. Inter quos modo indicatus CICERO de natura deorum lib. II. & L. ANNAEVS SENeca in questione naturalibus lib. I. sequ. haud ultimum occupant subsellium. At enim vero multo grauius & dignius diuina oracula nobis hæc omnia pandunt & scribunt, quam ab vlla ingenii humani acie, vel dicendi flumine, fieri potuisset. Vide Iobum cap. XXXVIII. vsque ad XLII. Sir. cap. XLIII. & XLIV. reliqua. Quorum omnium naturas fusius explicatas & enodatas, in eorum euolute scriptis, qui studiis physicis vacant, quænotissima sunt, omniumque teruntur manibus. In compendio hic inseruiunt, qui deuota mente naturæ percurrent opera, & salutares animis legentium, ad amplectendum summum, quod hic se prodit, bonum, addunt stimulos, b. IOAN. ARNDIVS in vero chri-

christianismo, lib. IV. toto, & FRANC. DE SALIGNAC DE LA MOTHE FENELON in *demonstration de l'existence de Dieu.*

§. VII.

Inter omnia vero, quæ hocce vniuersum exhibit, & contemplanda præbet, opera, *homo*, intellectu & voluntate præditus, summum summi numinis artificium, corpore spirituque constans, * principem obtinet locum. **

* Maximum id sane maximi artificis habetur specimen, quod immateriale materiali, spirituale corporali, iunxerit. Summam ad stupendam hanc partium diuerissimarum intimam coniunctionem requiri potentiam, perfectissimumque intellectus diuini acumen, quis dubitet? en quantum homo artificium! Hæc intento quasi digito innuere voluit b. MART. LUTHERVS in *comment. in Gen. cap. II.* dignum admiratione est consilium Dei, in creando hominem, quem quum condidisset ad animalem vitam, & actiones corporales; addidit tamen potentiam intellectualem, que in angelis quoque est, ut sit homo mixtum animal ex brutali & angelica natura.

** Hæc ex ipsa naturæ humana consideratione, ad colendum rerum omnium conditorem, (de quo fine §. I. plura exarata sunt,) immo ad ipsam imaginem diuinam, procreatæ, satis superque constare possunt. Quibus vero inhærere non licet. Conferri meretur MICHAEL LILIENTHAL in der wär-scheinlichen Vorstellung der Geschichte unsrer ersten Etern, cap. I. pag. 2. sequ. & modo laudatus FENELON lib. cit. n. 30. pag. 62. sequ.

§. VIII.

Nec sicco prætereunda pede, quum breuissimis naturæ regnum percurramus, partim ea, quæ ipsa natura, exhibit producitque miracula; * partim, quæ præter & super omnem naturæ ordinem a Deo edita sunt, & *miracula*, proprie sic dicta, adpellantur. **

* Per hæc, quæ alias *mysteria philosophica*, seu *naturæ*, audiunt, intelligimus stupendos illos effectus, quorum quidem ipsam naturam agnoscimus matrem parentemque; modum vero rationemque horum naturæ operum, nemo, et si sagacissimus philosophorum, explicare potuit. Quem non rapit in admirationem stuporemque sui ipsius ortus? Quanta hic quæsto, occurunt miracula, sive animæ, sive corporis tui originem, sanctis lustres oculis? *Quis suæ*, inquit HERM. WITSIVS de *acon. fæd. Dei cùm hominibus* lib. III. c. VI. pag. 328. *nobis corporeæ nativitatis arcana pander?* quis, *qua ratione intra matris suæ viscera, sicut lac fūsus, tamquam caseus coagulatus sit, obseruare edifferet?* *quasi sacro stupore corruptus, ipse exclamabat vates: mirabiliter factus sum, mirabilia sunt opera tua* cet. *Quis porro admirandum illum inter animam corporisque nobis explicabit nexum?* *qua ratione illius in hoc transeant operationes?* quisnam huius vinculi modus? quæ naturæ? sane qui per *harmoniam præstabilitam* hocce naturæ mirum indigasse sibi visi sunt, rem infinitis inuoluere difficultatibus: quod pluribus scripta, contra hanc hypothesis in edita, demonstrant, inter quæ vener. nostri IOACH. LANGII primum tenent locum. Conferven. IO. FRANC. BUDDEVUM in *isag. historico-theol. ad theolog. uniuersam* lib. I. cap. IV. §. 19. pag. 274. Plura vero de eiusmodi naturæ mysteriis dabit verner. IO. GEORGIVS WALCHIVS in der *Einleitung in die Philosophie*, lib. III. integro, pag. 694. sequ.

** Dari eiusmodi opera, quæ omnem naturæ nexus longe lateque excedunt superantque, illi, qui diuinorum oraculorum *Georius* agnoscunt, negare nequeunt. Summam vero per hæc innotescere Dei omnipotentiam, quis abnuat? hinc merito ad regnum omnipotentiae referuntur. Quæ vero contra hæc solent agitari dubia, solide discusserunt, qui ferias nobis hic faciunt, b. GOTTFRIDVS OLEARIVS in tract. *Iesus der wahre Messias*, parte I. cap. I. seqq. I. & II. pag. 19 sequ. & IO. FRANC. BUDDEVS in thes. de *atheismo & superst.* cap. III. §. 5. coll.

coll. cap. VII. §. 5. itemque vener. IOACH. LANGIVS in *causa
Dei & relig. iudeis reuelatæ aduersus sic dictum naturali-
sum*, parte I. sect. 2. prop. IX. integra pag. 177. sequ.

§. IX.

Progradimur ad *opera gratiæ*, quæ Deus, sola erga res creatas, amoris abundantia ducit, post tristissimum Adæ lapsum, ad restituendum * genus humanum & ad ornandam sibi nouam in animis hominum, misere desperitorum, domum ædemque, producit. **

* Nullus conceditur homini ad salutem aditus, nisi facta restitutione, quum Deus ob summam, qua gaudet mens eius purissima, sanctitatem, ad sempiterna gaudia, suique beatissimam communionem, admittere possit neminem, nisi via intaminata puritatis. Ex quo fundamentum horum operum cognoscere licet.

** Conferri merentur loca: *Ez. LVII, 15. 18. 19. Ezech. XVI, 6. sequ. II. Cor. VI, 16. 17. Apoc. III, 20.*

§. X.

Hæcce gratiæ opera in infinitum abeunt, nec nullus inexhausto huic mari ponendus terminus, * quum ad æterna felicitate salvandum beandumque hominem tendunt. Nec vnius sunt generis. ** Quando vero gratiæ nomine indicantur, denominatio fit a potiori. ***

* Etenim hoc ea omnia pertinent, quæ statim ab incunabulis lapsi hominis, ad eripiendos miseros mortales edita factaque sunt a summo salutis humanæ reparatore, & per omnia fæcula in hanc usque diem continuata, opera. Tota huic rei, penitus cognoscendæ, inseruit historia, eaque tum veteris, tum noui testamenti, ecclesiastica. Hæc enim diuina, quæ ad fundandum regnum gratiæ, in mentibus humanis, numinis benignitas produxit, opera ante oculos ponit. Id quod intento quasi digito semper attendit, qui præclaris meritis

ritis ecclesiam nostram exornat, CHRISTIANVS EBERHARDVS WEISMANNVS in *introductione in memorabilia historiæ fæcere noui testam.*

** Vel enim ad remouenda & tollenda ea omnia, quæ regni Christi cursum impediunt cohibentque, spectant; vel ad conuocandum congregandumque homines ad beatum cum Christo confortium, abeunt. Ad priora referas iudicia inimicis & hostibus ecclesiæ & pietatis inficta. Huc respicit LV-CII CAECILII LACTANTI liber de *mortibus persecutorum*, & IO. HENR. MAIL, patris, *economia iudiciorum diu vet. testamenti, itemque noui*. Ad posteriora faciunt tum ea gratiæ opera, quibus homo ex caligine densissima, ad clarissimam lucem euocatur, conuertiturque adeo atque regeneratur, ut fit in illuminatione fideique, præclarissimi operis, accensione: tum & ea opera, quibus hominem ita conuersum Deus confirmat conseruatque in bona ac spirituali indole: id quod fit in renouatione quotidiana mentisque sanctificatione. Nec omissendæ diuerse regni gratiæ economiæ & dispositio-nes, ad salutem hominum adaptatae: quas copiosius HERM. WITSIVS *econom. fæder.* & IOAN. BRAVNIVS in *doctrina fæder.* recensent; breuius IO. FRANC. BVDDEVS in *dissert. theol. de prærogatiis fidelium noui testam. præ fidelibus vet. testam. inserta miscellan. sacris*, parte I. §. 6. pag. 96. sequi. Merito his adnumero, quando Deus singulis, vel integris gentibus & prouinciis, poenitentiae spatha prescripsit, certasque definiuit prædicando euangelio periodos, quibus elapsis, grauissimas incurruunt homines contemti verbi poenas. Hic conferri merentur, que de thesauris iræ & gratiæ suppeditat summe venerabilis abbas, IOACH. IVSTVS BREIT-HAVPT, in *instit. theol. de credendis atque agendis* tom. I. lib. I. cap. III. §. 7. pag. 138. Porro mira illa & stupenda propagatio religionis christiane, eiusque conseruatio, vtramque hic facit paginam: de qua pluribus actum est in *meditat. theol. LAMP. GEDICCI* subpræsidio venerandi nostri PRAESIDIS ac præcep-
toris

ptoris habita, de diuina propagatione religionis Christianæ sub cruce.

*** Scilicet quia infinitus summi numinis amor, infinitaque erga miseros mortales misericordia, quam maxime hic fere exserunt, ita ut Paullus ad Eph. II. 7. τὸν ὑπερβάλλοντα πλευτὸν, supereminentes illi tribuat diuitias. In hosce celestes thesauros oculos fixos habuit b. HENR. MULLERVS, quando in libro: *Himlischer Liebes-Kuß*, diuinæ operationes in animis fidelium foli videtur amoris diuini abundantia adscribere. Non vero hoc ita capiendum, ac si nullus hic detur omaipotentia, vel reliquis virtutibus diuinis, locus. Certe regnum gratiæ non minus esse regnum potentia, quam naturæ, ex sequentibus satis abundanter patebit.

§. XI.

Facile hinc, in quo conueniant, differantque inter se opera gratiæ & naturæ, adparet. Conueniunt, dum vtrahque Deum agnoscunt auctorem, nec ratione finis vlla hic est pugna, dum omnia ad manifestandam diuinam gloriam, beatumque reddendum hominem, tendant.*

* Male hinc agunt, qui ex regno naturæ tela depromunt ad euertenda gratiæ opera: quod illi faciunt, qui abstrusissima arcana argumentis metaphysicis subiecte hulli dubitant, & ad neganda religionis christiana mysteria turpiter iis abutuntur. Plura de eiusmodi hominibus suppeditat ven. 10. GEORGIVS WALCHIVS in *Paulli Isagoge ad studium theologicum*, in *primitiis sacris Ienensibus* §. 4. P. 10. In medio hictutissimus ibis. Nulla profecto hic fingenda pugna, immo potius opera naturæ tam sapienter Deus in prima creatione disposuit, vt ea operum gratiæ quasi exemplar sint: quod pluribus demonstrat HERM. WITSIVS in *economia fæder. Dei cum hominibus* lib. IV. cap. VI. de typis naturalibus pag. 640. Nec vero haec amica operum diuinorum vtriusque fori conspiratio eo vsque extendenda, ac si omnia regni gratiæ arcana ex operibus naturæ possint indagari.

C

§. XII.

§. XII.

In multis tamen differunt. Opera naturæ ratione
duce innoteſcunt; opera vero gratiæ ſola nituntur reue-
latione diuina. Porro illa homo ſoliuſ naturæ depraua-
tæ viribus inſtruſtus perueſfigare potest; hæc vero homo,
ſupernaturali munituſ luce, & diuini Spirituſ gratia adiu-
tuſ. * Denique ſicuti ob intimam hominiſ corruptionem
illa finem a Deo intentum non adſequuntur: ** ita hæc
ſola hominem vere felicem, vere beatum, reddunt, cum
que ad æterna perducunt gaudia.

* Id aperte teſtatur Pauluſ I. Cor. II, 14, col. v. 10. Pluri-
bus hæc ex iſpa rerum ſpiritualium agnoscendariuſ natura demon-
ſtrat b. 10. MVS A EVS in *introductione in theolog.* pag. 190. ſeq.
confer veneſ. IOACH. IVSTVM BREITHAVPTVM in *inſtitu-
tionibus theolog.* tom. I. loc. I. cap. I. §. 4. pag. II. ſeq.

** Niſi ut per hæc æterna ſalūs obtineatur: quod pluri-
bus proſequitur b. 10. MVS A EVS in *difſert. de humaniſ na-
turaliſ inſufficientia ad ſalūtem* cet. Interim nec ſuo deſtituun-
tuſ viſu. Egregiam præſtant ad opera gratiæ manuſcriptionem,
qua niſi ut tantuſ mortaleſ, obtinet finis ſecundariuſ, ut ſint in-
excuſabileſ Rom. I, 20, 21. Meretur hic conſerri MAR T. CHEMNI-
TIUſ in *loc. theolog.* cap. I. de Deo §. 6.

§. XIII.

Sed quorū hæc, interrogaſ? & quo tendit hæc
tua, de operibus diuinis, traſtaſio? Eo abit, ut tot ope-
ribus diuinis conſideratiſ expenſiſque, ſancte præpare-
tur animuſ ad iuſtum fidei negotio, tamquam operi Dei,
preſtium ſtauendum. Quod ut iam a nobis fiat, ordinis ra-
tio poſtulaſ.

CAP.

CAP. II.

DE FIDE, TAMQVAM OPERE DEI.

Sivo^ψ.

Connexione offensa §. I. fidem esse
Dei opus probatur
I. a summa moralium credendi
adversaria. §. II. cuius traditur
1. existentia, probata
a. ex ratione. §. III.
b. ex reuelatione. §. IV.
2. Origo. §. V.
3. Descriptio generalis. §. VI.
4. Descriptio specialis, ubi distin-
tuntur partes buius mali
a. ratione intellectus. §. VII.

- §. II.
- II. ratione voluntatis. §. VIII.
II. ex claris scripturæ dictis, ubi
1. in genere soli Deo fidei ortus
tribuitur. §. IX.
2. speciatim singulam SS. trinitatis
personis. §. X.
III. ex ipsa fidei natura eiusque pro-
ductione, que absoluuntur
1. intellectus illuminatione. §. XI.
2. voluntatis vivificatione. §. XII.
IV. ex insigni, que fidei producio-
nem sequitur, animi mutatione.
§. XIII.

Qum priori capite de operibus diuinis generatim pauca quedam, velut in transitu, delibauimus: iam proprius ad illud, quod cardo huius tractatio- nis est, accedamus. Non vero satis commode specia- tim de fide, quatenus ceteris omnibus diuini numinis factis praestet, sumimumque sit inter opera Dei, agi posse videtur, nisi fidei productionem non hominis; sed ipsius Dei opus, immo longe supra vires humanas esse, luculentis sit euictum rationibus.

§. II.

Principem facile hic obtinet locum argumentum, quod ex summa totius humanæ naturæ corruptione, intimaque, qua omnium vides pectora obsita obrutaque esse, credendi adversaria desumitur.*

* Vestigia licet hic legere sancti Deilegati, Pauli, qui in
C 2 epi-

epistola, quam ad *Romanos* dedit, de genuina fidei natura indeoque commentaturus, longam præmittit capitibus prioribus profundissimæ, qua infecti sunt miseri mortales, depravationis delinicationem. De quo apostoli sapientissimo instituto euolui merentur, quæ hac de re edidicerit ven. I. O. FRANC. BUDDEVS in *dissert. theol. de statu ecclesiæ apostolicarum* §. 17. sequ. in *miscell. sacris* parte II. p. 241. sequ. Bene ac sapienter idem edocent librorum symbolicorum pii auctores in *apol. Aug. conf.* pag. m. 90. *Non potest intelligi magnitudo gratiae Christi, nisi morbis nostris cognitus cet.* p. 96. *beneficia Christi non poterunt cognosci, nisi intelligamus mala nostra.*

§. III.

Grauissimo hoc mentes humanas laborare malo, quis inficias ire audeat? quum & ipsius rationis lumen id vtcumque agnoscere videatur.*

* Scit enim homo, ipsa natura magistra, se ad celebrandum amandumque summum rerum omnium gubernatorum esse conditum. Sed si semetipsum siasque sub examen reuocare actiones haud neglexerit, facile sentiet & conuincetur, se viribus carere & destitui, quæ huic intento a Deo fini inservire possint. Accedunt tot, quibus quotidie exposita est sors humana, calamitatum genera, quæ satis evidenter perturbatum generis humani statum indicant. Hinc dicit M. TULLIUS CICERO: *non ut a matre; sed a nouerca natura editum esse hominem in vitsm, cet.* Taceo aliorum hac de re, inter gentes, quæ verum Deum non colebant, testimonia, quum vbique occurrant. Idem confirmarunt hi homines, quando vel ad penitentiam, vel ad varia lustrationum genera, tamquam ad ancoram sacram, confugerunt: quæ omnia pluribus persequitur TOR. PFANNERVS in *system. theologie gentilium*, cap. IX. §. 6. & vel maxime I. O. LOMEIERVS in *Epinenide*, sive de veterum gentilium lustrationibus synagmate.

§. IV.

§. IV.

At in subsidium diuina sunt vocanda oracula, quippe quæ non modo hac in re amice cum recta ratione conspirant, idemque luce clarius hominibus exprobrant; * sed & in primis altissimam huius mali profunditatem, partim disertis verbis, ** partim per innumera exempla, *** referunt exponuntque.

* Instar omnium sit nobis locus ad Rom. XI, 32. συνέλεσεν ὁ Θεὸς τὰς πάντας εἰς απέθεταν, ἵνα τὰς πάντας ἐλεησῃ, conclusit Deus omnes in incredulitatem, ut omnium illorum miseretur. Neutiquam vero existimandum, ac si vox συνέλεσε, ineuitabilem decreti diuini hac de re connotet necessitatem; sed sumendam esse declarative res ipsa loquitur. Scilicet Deus, per litteras cœlestes, luce clarius meridiana manifestauit & exposuit, omnes omnium temporum homines, per peccatum vita spirituali esse spoliatos priuatosque, & omnimodo hinc credendi virium defectu premi, nec a se lætiorem posse pro strictissimo iustitia sua rigore mortalibus ferri sententiam. Lucem huic loco adfert vener. abbas, 10 ACH. IVSTVS BREITHAVPT in *institut. theol. de credendis atque agendis* tom. II. loc. III. c. II. pag. 158. & 176. cui addatur SALomon GLASSIUS in *philol. sacra*, lib. III. tract. III. pag. 789. & 1569. necnon b. FRIDEM. BECHMANNVS in *theol. polem. part. III. loc. I. controu. I.* pag. 517.

** Ratio quam tanti mali summam profunditatem haud cognoscat, nec capere possit, quod alibi pluribus edocetur; litteræ, diuinitus ad nos datae, id largissime supplent, dum omnes fere paginæ hoc loquuntur. Occurrent hic omnia illa loca, quæ hominem vel in star mortui sistunt, Eph. II, 1. & cap. V, 14. Ioan. V, 25. quæ pluribus egregie exponunt beati nostri confessores declaratione artic. concord. pag. m 924. seqq. vel cum cœcitate & surditie maximam credendi adoravimus contendunt. Vide IJ. XLII, 6. 7. 16. tradam te in fadus populi, in lucem gentium ad aperiendum oculos cœcos et. his in primis

spiritualiter cæcos connotari, nemini ex toto contextu obscurum esse potest. Adde cap. XXXV, s. 6. *tunc aperientur oculi cæcorum & aures surdorum patescient, cet. hic non tam de corporali, quam potius spirituali cæcitatibus sanatione sermonem esse, totius vaticinii coherentia euincit.* Antecedentia enim non de aduentu Christi in carnem; sed de eiusdem aduentu ad iudicium quoddam particulare, quod de antichristo erit exsequendum, loquuntur: quod pluribus demonstrare instituti ratio non permittit. Conf. Act. XXVI, 18. ἀνοίξας ὁ Θαλύβης αὐτῶν, & II. Cor. III, s. ἐν τοις ιανοῖς εστεμένοις ἡ Φρέσκαν, λογίσαθον τινός ἐξ ἑαυτῶν. En summam ἀδυνατίαν. Hinc fluit Davidis illa lamentatio Psal. CXXX, 1. ממעמקים ex profundis clamo ad te, Iehoua, profundissimam hisce deplorans pectoris sui corruptionem, qua velut diluvio se inundatum mersumque sentiebat. Idem profecto innuit regum sapientissimus, Salomo, Cob. VII, 24.al.25. רחוך מה-שאורה ועמך עמק מיום צאנר longissimum est, id quod fuit? & profundissimum, quis inueniar? in antecedentibus v. 8. sequ. de vitanda impatientia, & de aduersis, æquo ferendis animo, verba fecerat: iam ad fontem horum omnium redit, quem nihil aliud esse scimus, quam mortalium ἀποτελεσμάτων mentisque humanae depravationem. Hanc vero adserit esse פְּתַח עַמְקָה instar maris inexhausti, cui evacuando nemo par inueniri potest. Sic habemus consentientem interpretem scripturarum eximium, b. SEBAST. SCHMIDIVM, qui in comment. in b. lib. v. 23. citati cap. ad primum eum malum & omnium malorum caussam, peccatum originis, malum profundissimum & imperscrutabile, a Salomone respici putat, & v. 24. caussam reddi, cur remota facta sit ab ipso sapientia, quia imago diuina est amissa. Ex qua communi generis humani labe unum illum ex millenis eximit v. 28. qui est Christus, agnus ille inculpatus & incontaminatus, conser celeberrimi IO. IAC. RAMBACHII *notas uberiores in ecclesiasten Salom.* in uberioribus adnotat. philol. exeget. in hagiogr. vol. II. pag.

957. Incidit hic in mentem dictum saluatoris benignissimi *Luc.* VI, 48. vbi de viro illo, qui fundamentis rite iactis, domum sibi ædificauerat, dicitur: ἐσανε καὶ οὐδεθνεῖ, fudit & profunde excavauit. Quo indicatur, hominem illum hoc in primis egisse, vt in summa naturæ suæ corruptione detegenda omne studium laboremque omnem collocareret, adeoque partem, quam vocant theologi, priuatiam in conuersione curaret diligenter. Vnde consequitur, illos demum recte in negotio salutis adquirenda versari, qui altissimas incredulitatis radices inuestigant, inque iis extirpandis fideles reperiuntur.

*** Merito huc resero discipulos optimi sospitatoris, qui exemplum peruicacissimæ credendi ignauiae, præbent kulentissimum. Versatur adhuc in recenti, quum hæc scribuntur, memoria historia resurrectionis Christi, quæ hæc pluribus probat & euincit. Refert enim, discipulos ὡς ληγος, in flar deliramenti *Luc.* XXIV, ii. famam refurgentis Christi habuisse, nec vlla fruendi lætissimo hoc nuntio valuisse vi, vel efficacia, immo *ἀπίστα*, tamquam vinculis, diuina demum potentia fractis, detentos fuisse. Hinc iuste, vt *ἀνόντοι καὶ βέραδε τὴν ναζὰ*, a seruatore, morte soluto, increpantur *Luc.* XXIV, 25. Quid dicam de altissimo incredulitatis somno, qui mentem *Thomæ* adeo occupauerat, vt cum extrema videamus eumdem colluctantem desperatione, *Ioan.* XIX, 24. sequ. Hi omnes tot tantisque, a coelesti suo magistro diuina potentia editis, miraculis interfuerant, gloriam virginis filii oculis quidam corum in monte Thaborœ usurpauerant; taceo alia huius rei momenta: vietas tamen vires hosce, tanta in luce versantes, *ἀπίστα* præbere manus. En in his mentes ad credendum stupidissimas! Posset addi singulare eiusdem in rebus fidei torporis documentum, quod in gente Israelitica nobis relicturn est. Quanta & hi in Aegypto & in ipso itinere, miraculorum diuinorum gaudebant abundantia; nulla tamen ratione ad fidem potuisse adduci, even-

tus

tus, proh dolor! satis comprobauit. Immo ipsum antefigianum Mosen, huius, Deo consecratæ gentis, tanto malo subactum, non potuisse desideratas terræ promissæ oras possidere, summum est profundissimæ, quæ imis infixæ est medullis, credendi aduocatiæ exemplum. vide *Num. XX, 11. 12.* Reliqua, ne prolixiores, quam decet, simus, nunc prætermittimus.

§. V.

Quod si de fonte primaque cauſſa, tam profundæ humanarum mentium imperfectionis quæraſ, ratio æque ac scriptura euidentissime docent, * Deum nullo modo auctorem tanti mali existere. Aliter profecto sine summa impietate ne cogitare quidem de sanctissimo numine licet. Quæ autem vera atque genuina tantæ naturæ humanae depravationis origo exiftet, ex sola reuelatione est addiscendum. **

* Etenim hæc, vti Deum, tamquam summum bonum, merito colit ac veneratur: ita quoque omnia, ab eo bona condita esse, non potest non adſerere. Ineffabilis quoque, qua gaudet numen perfectissimum, puritas & sanctitas, omnem longissime remouet mali ſuspicionem. Quæ omnia litteræ diuinitus exaratæ, ſole meridianō clarius firmant roborantque. Certe quid ſolidius omnem hic tollit innocentissimi conditoris, ad miseram, quæ nos angit, conditionem, concurſum, quam fi non modo ad omnia fere cuiuslibet diei opera adiicitur hicce diuinæ adprobacionis calculus, ſuiffe bona; ſed & toti creationis negotio hæcce tandem quaſi coronis imponiuntur: *Gen. I, 31. infexit Deus omne, quod fecerat, & ecce טוב מְאָר valde bonum.* Adde *Coh. VII, 29. al. 30. hoc inueni*, quod Deus hominem fecerit יְשִׁיר rectum. Quæ hic ſolent produci dubia, in primis a PETRO BAELO, ſolidiffime diuifſa lege in IO. FRANC. BVDEI doctrinæ orthodoxæ de origine mali moderata adſertione cap. II. §. 5. in miscell. fac. parte III. pag. 197. fequ. ** Sci-

** Scilicet ex Gen. III, 1. sequ. De iis, qui temere multa de historia lapsus effutiunt, non sumus folliciti, quum satis ad silentium redigantur a ven. IOACH. LANGIO in *causa Dei & religionis iudeis reuelatae aduersus naturalismum* parte I. lect. III. menab. III. pag. 224. seq. Ceterum summum illud, de quo hic agitur, malum ex tristissimo protoplastorum lapsu originem trahere, facile omnes mihi ambabus concedent, qui rem, quæ in lugubri hac scena acta fuit, intimius inspicere didicerunt. Id quod illi faciunt, qui actus internos, ex quibus, tamquam ex venenato fonte, externus prohibiti pomi eis, propullulauit, diligenter meditantur: quos internos actus recentere merito supersedemus, quum id solide præstiterit ven. 10. FRANC. BYDDEVIS in *institut. theol. dogm.* lib. III. c. II. §. 23. pag. 803. Addi his merentur, quæ b. MART. LVTHERVS tom. IV. Altenb. fol. 24. seqq. de lapsu hominum adnotauit, quorum quedam iuuat hic referre: ad verba Satanae **¶**
etiamne edixisse Deum cet. inquit: *Damit wil er sie herum rücken, daß sie dencken sol: ey es muß dennoch wahr seyn. Also rücke und reißest er sie von dem Wort GOTTES, welches stracks da steht. So ißt denn verlobren. So lang das Wort im Hertzen stund, da lebet sie, und blieb auch stehen.* Et porro: *der Mensch muß GOTTES Wort haben, und daran hangen mit dem Glauben: so bald er ihm nun dasselb entzücken läßt, so ist keine Hülfe mehr da.* *Also nimmt bie ihm der Teuffel das Wort und den Glauben, daß er wancket und dencker: wer weiß es möchte wol nicht wahr seyn.* Et quibusdam interiectis: *Nun siehe, was weiter geichchr. Als Heua in dem wancken steht, und er hat beschlossen, es sey nicht wider GOTTE: da hat er gewonnen, der Glaube ist aus, und erwürgter.* Daspricht der Text: *und das Weib schauet an.* cet. & pag. 26. *Also ist nun Adam und Heua mit aller Frucht und Kindern verdammt, stecket in der Sünde, und wird keines ausgenommen.* cet. Egregie quoque mihi arrisere, quæ de his omnibus, quæ velut in transitu de causa mali diximus, commentatus est magnus noster MART. CHEMNITIUS in locis theol.

parte I. loc. V. cap. III. fol. 135. vbi post solidissimam huius rei discussionem tamdem omnia breuiter complectitur: *diabolus, qui, quum se auertisset a Deo, seduxit protoplastos, ut excuterent rectorem spiritum sanctum, & ita amissis donis diuinis, in omnibus potius successit concupiscentia, confusio, cet.* Lectu quoque dignissima sunt, quae ven. abbas IOACH. IVSTVS BREITHAVPT in institut. theol. de credendis atque agendis tom. I. lib. II. c. II. §. 3. p. 248. sequ. suppeditat.

§. VI.

Facile ex his dictis, quid nobis intimæ huius credendi adiutorias nomine veniat colligendum: indicatur videlicet summus omnium virium spiritualium defectus, profunda & imperscrutabilis totius hominis a Deo ab alienatio, & exinde enascens infinitus fere omnium vitiorum prouentus. * Hinc *ναρ' ἐξοχὴν* incredulitas in litteris diuinis peccatum appellatur. **

* Pluribus hæc declarantur a ven. IO. IAC. RAMBACHIO in præf. b. Lutheri in epist. ad Rom. §. 12. p. 163. adiecta introductioni historico-theol. in hanc epistolam: incredulitatem, seu connatam pranitatem, qua ex veteri Adam impellimur & rapimur ad peccandum: nempe cor ipsum prauum & totam rationem cum omnibus & optimis & summis viribus, quibus nihil aliud possumus quam peccare. cet. Meretur quoque euolui modo laudatus MART. CHEMNITIVS parte II. loco de iustific. mem. IV. fol. 209. vbi de *ἀντίστα* generali & speciali agit, atque adserit, quod hæc etiam benefissimam vitam peccatum coram Deo reddat.

** Vid. Ioan. XVI, 9. ἐλέγει τὸν πόστον περὶ οὐαγῆς, arguet mundum propter peccatum, quod non crediderunt in me. conf. laudatus RAMBACHIVS loc. cit. §. 14. pag. 166. sequ. & CHEMNITIVS parte I. de peccato fol. 195.

§. VII.

Quum vero hocce malum* omnes penetrauerit mentis

tis humanæ vires, iuuat paucis naturam huius misericordie specialius considerare, eiusque recenseré partes. ** Primo *intellectus* hominis, omni orbatus cassusque luce diuina, craffissima laborat Dei, rerumque diuinorum ignorantia, *** ita ut peruersissimis de sanctissimo numine concepitibus, velut peste quadam, sit inundatus. ****

* Hinc illud per *synecdochen* totus homo in scriptura vocatur ad Eph. IV, 22. Col. III, 5. non vero putandum, ac si ipsa substantia hominis esset hoc malum, in quem errorem in fervore disputandi incurrit MATTHIAS FLACIVS. videb. 10. MVS A EVM in præfat. Flacii clavi scripturæ premissa & 10. BALTH.RITTERVM in *eigentlicher Beschreibung des Lebens, Wandels und Handels* cet. Matthiae Flacii Illyrici cap. XXII.

** Merito CHEMNITII nostri verba in loc. theol. parte I. c. II. fol. 208. hic repeto: *non speremus, nos vlla definitione adsequi posse, quantum sit illud malum originale.* Sunt enim occultæ latebra & tam sinuosæ recessus cordis humani, ut David propterea nominet Psal. XIX, 13. *occultum peccatum.* Per speculum tamen & in enigmate pia & sedula meditatione discamus illa adspicere, quæ in scriptura de prauitate originali patefacta sunt.

*** Nulla quidem ratione licet insitam mentibus omnium gentium de Deo notitiam (de qua vide MARC. TULLIUM CICERONEM *Tusc. quest.* lib. I. pag. m. 16.) negare; quod IOAN. LOCKIVS magno conatu fecit de *intellectu humano* lib. I. cap. II. & III. cuius rationes expenduntur & solide discutiuntur a IO. FRANC. BVDDEO *in institut. theol. moralis*, parte II. cap. II. §. 5. p. 399. Etenim si hæc connata naturæ humanae de rerum omnium conditore cognitio rite explicitetur; nempe de dispositione quadam & potentia, vti aiunt, propinqua, qua homo iustæ ætatis & sana ratione vrens, incitatur, & naturali quadam atque efficaci inclinatione allicitur ad adsentendum huic propositioni, esse Deum, omne hic tollitur dubium. Pluribus

ribus hæc explicata vide in b. IO. MVSÆI *introd. in theol. cap.*
II. §. 19. pag. 12. & IO. GVL. BAIERI *compend. theol. posit. parte I. c. I. §. 4.* pag. 169. Verum enim vero et si humana ratio
obscuram aliquam, vti loquuntur patres nostri declarat. artic.
concord. pag. m. 923. notitia illius scintillam reliquam habeat,
quod sit Deus; tantum tamen hic se aperit corruptionis mare,
vt dum homines non nisi inuito & reluctante animo de Deo
cogitant, adeo hæc, quæ naturæ inscripta est, creatoris notitia
impeditur, suffocetur & destruatur, vt homines, teste gen-
tium doctore, Paulo, tamquam $\ddot{\alpha}\theta\tau\omega$ in mundo viuant, Eph.
II. 12. Quod a plurimis philosophorum gentilium factum es-
se demonstrat IO. FRANC. BVDDEVIS in thes. de ath. & su-
perf. c. I. immo ab ipso Aristotele, quod euincit IO. G. COR. G.
WALCHIVS in exercit. historico-philos. de atheismo Aristotelis,
quæ exstat in parergis eius academicis pag. 198. En hic anti-
casus profundissimum pelagus! At non solum hæc feriunt gen-
tes, quæ reuelatæ religionis expertes manserunt; sed & omnes
omnino homines non melioris esse farinæ clarissime edocet
Psal. XIV, 1. qui dum a diuino apostolo ad Rom. III, 10. ad
comprobandum vniuersalem quorumvis mortalium intimam
corruptionem, tum iudæorum, tum gentilium, citatur, quis se
hinc eximere audeat? quando dicitur: אמר נבל אין אלהים
Paulus dicit, vel cogitat secum, non est Deus. Audiamus de
hoc b. MART. LVTHERV M tom. III. fol. 167. b. es ist zweyerley
Klarheit, und zweyerley Tunckelheit der Schrifft, eine ist auf-
serlich an der Schrifft selbst, wie sie da lieget, und daselbst ist nichts
tunckels oder zweifelhaftiges, sondern ist alles durch die hellen
worue der Schrifft klar ans Licht gegeben der gantzen Welt, was
für Hauptstücke die ganze Schrifft in sich hält. Die andre ist in-
wendig im Hertzen, daß einer die geistlichen Sachen und Dinge, so
die Schrifft vorholt, erkenne und verstehe. Vnd so du von der sel-
bigen redest, so ist kein Mensch auf Erden, der das geringste Titel
von der Schrifft verstehet, oder sieht, ohn dieienigen, so Gottes
Geist

Geist haben. Denn da sind alle Menschen von Art und Natur blind, und haben ein verfinstert Hertz, daß ob sie wohl viel lesen oder reden von der Schrift, doch gar nichts der Sachen mercken, sehen oder erkennen, glauben NB. auch nicht ernstlich oder wahrlich, daß ein Gott sey, oder daß sie von Gott Leib und Leben haben, oder geschaffen sind, wie denn von der angebornen Blindheit der XTV. Psalm sagt: der Gottlose sprach in seinem Hertzen: Gott ist nichts, es ist kein Gott. cet. Addamus his locum Paulli, sumum quoque hominis sibi relieti, cognoscendi diuina tradenter stuporem, I. Cor. II, 14. ψυχης ἀνθερός & δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τὰ οὐσιαὶ γὰρ αὐτῷ εἰς τὸ δύναται γνῶναι. Animalis homo non percipit, (vel ut græcum vocabulum significanter exprimit, quod vrgent libri symbolici in declarat. form. concord. p.m. 925. non capit, non comprehendit, non accipit) ea que sunt spiritus Dei, vel non est capax rerum spiritualium. Loquivero hic apostolum de quocumque homine irregenito, opposito πνεύματι, edocet MART. LVTHERV in adnotat. marginali germanica (vulgo Rand-Glossa) quod pluribus prosequitur S E B. SCHMIDIVS in colleg. biblic. poster. pag. 142. Possent hæc ex pluribus scripturæ locis euinci, e.g. Ef. I, 3. vbi homini plus quam brutalis exprobratur in rebus diuinis ignorantia, item Io. I, 10. Eph. IV, 18. cet. Sed his diutius inherere non licet.

**** Quod b. CHEMNITIVS in locum Paulli Rom. VIII, 7. commentator, in loc. theol. parte I. fol. 202. non potest verbis explicari amplitudo dicti Paullini, sed cogitatio immoretur, & nos ipsos intueamur, agnoscamus & deploremus nostras sorores & queramus euangelium de mediatore. cet. id & merito hic locum habere videtur, vbi de falsissimis, quæ in venis medullisque mentis humanæ insident, de Deo notionibus dicendum est. Etenim in immensum abiret tractatio nostra, si inceptissimis, quibus gentilium mythologiæ scatent, de diuinis conceptibus, recensendis operam nauare velimus. Dies deficeret, si monumenta historica, quæ absurdissimas hæreticorum de Deo tradunt opiniones, percurrenti animus esset. Exemplo esse pos-

func, quæ Valentiniāna delirauit hæresis, quam exhibet IOAN. FRANC. BUDDEVS in *dissert. de hæresi Valentiniāna*, quæ exstat in eiusdem *introductione ad historiam philos. ad ebræorum* pag. 56a. Id vnicum addimus, plerosque mortalium in primis circa misericordiam & iustitiam diuinam allidere & irreparabile facere naufragium. Sunt enim, qui gratiæ diuinæ terminos adeo dilatant, vt nec ullus concedatur sanctitati, vel iustitiæ diuinæ, locus, quod ideo faciunt, vt eo tutius corruptæ carnis illecebris indulgere possint, quo de somnio vide iam supra laudatum IO. GVL. BAIERVM, in *disquisit. theol. de præiudiciis practicis, christianismo naxiis*, cap. II. sect. I. §. 2. pag. 9. Sunt & iustitiæ diuinæ rigorem adeo extendunt, vt nihil a summa crudelitate abesse videatur: quod ab iis fit, qui omnia, quæ hominibus vel nunc, vel æternum obtingunt, absolutis adscribere decretis non dubitant, vt ea ratione cauſas malorum non in semetipſos; sed in Deum deuoluant. Conferri potest ven. IO. GEORGIVS WALCHIVS in der *historischen und theolog. Einleitung in die vornehmsten Religions-Streitigkeiten* cap. IV. §. 4. pag. 389.

§. VIII.

Quanta ex tanta mentis caligine redundet in voluntatem miseria, facile æstimare licet. Hæc enim penitus a Deo & vita, quæ in ipso est, aliena & auerfa, * nihil nisi malum velle, nihil nisi malum operari, potest: ** quibus omnibus pertinax accedit contra diuina contumacia.***

* Id clarissime exponit Paullus Eph. IV, 18. ὅτες ἀπηλλαγέωμενοι τῆς ζωῆς τῆς θεᾶς existentes ab alienati a vita Dei, id est, in qua est lux fidei & cognitionis, quam Deus instituit ac præcipit, & qua Deus in nobis viuit, sunt verba CHRIST. STOCKII in clavile lingue sanctæ noui testam. pag. 84. 85. Inuge his locum ad Rom. III, II. 12. ὅτι οὐδὲν ὁ ἐκδηλῶν τὸν Θεόν πάντες ἐξέκλινεν, non est, qui exquirat Deum, omnes deflexerunt, scilicet a Deo, tamquam fonte omnis vitae & virtutis. Hinc non

non potuit non summa sequi ἀδιναμία: quare addit apostolus ἡμῖν ἡχειώθησαν, simul inutiles facti sunt, euanuerunt instar vini exoleti, vel lactis in acorem versi. confer ven. præceptoris nostri IO. HENR. MICHAELIS uberiorum adnot. philol. exeget. in hagiographos. vet. testam. libros vol. I. in Psal. pag. 85. ἐντὸς ἑτοῖς, pergit diuinus scriptor, πολὺν χειρότητα, ἐπὶ ἑτοῖς, ἔως ἑνὸς. Τεοφός ἀνεψυκέοντος ὁ λάγηγξ αὐτῶν cet. quæ omnia imperuestigabilem mentis humanae indicant corruptionem. Qui hinc oriuntur defectus, diligentissime, quia id plerumque omittuntur, inculcant maiores pii in Aug. confes. artic. II. docent, quod post lapsum omnes homines nascantur cum peccato, hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum. Et in apol. Aug. conf. pag. m. 83. conqueruntur, quod aduersarii grauiora vitia humanae naturæ, non commemorant, scilicet ignorationem Dei, contemnum Dei, vacare metu & fiducia Dei, odisse iudicium Dei, fugere Deum iudicantem, irasci Deo, desperare gratiam cet. confer pag. 84. & 85. 86. 87. Qui defectus & cum his arctissime conexi voluntatis depravatae motus optime ex quotidiana & indefessa suimet ipsius exploratione cognosci & inquiri possunt. Id quod si sit, rite præparatur animus ad veras imbibendas de fide veroque christianissimo notiones.

** Hæc ita exprimuntur a patribus nostris in apol. Aug. conf. artic. II. pag. m. 88. a granatura, quia non potest, Deum timere & diligere, queriri & amat carnalia. Etenim et si vita spiritualis sit extincta; neutquam tamen facultates anime naturales cessant; sed in innumera prorumpunt peccata, ita ut homines in suis prauis cupiditatibus, variisque, quibus litant, illecebrarum generibus, quam maxime viuere videantur. conferri hic meretur b. IO. ARNDIVS in vero christian. pertinent hue ea omnia, quæ de tribus illis vitiis cardinalibus ambitione, voluptate & avaritia, edoceri solent. At his immorari non possumus.

*** Id testatur Paullus Rom. VIII, 7. τὸ Φεόνυμα τῷ σαρκὸς, ἐχθρὸς ἐν Θεῷ τῷ γὰρ νόμῳ τῷ Θεῷ δὲ καὶ πολάσσεται cet. sensus carnis est inimicitia aduersus Deum. cet. Ad quæ verba audia-

diamus b. CHEMNITIVM loc. Theol. parte I. fol. 201. *hæc est tristis & horribilis descrip^tio generis humani, nam verba clare ostendunt, non dici de actuali malo tantum; sed etiam de malo hærente in ipsa natura, quod vocat inimicitiam aduersus Deum.* Quid atrocis dici potest, quam naturam hominus esse inimicam Deo? *hoc est, circumferre secum adsidue cœliginem & dubitaciones Deo, securitatem negligentem Deum, diffideniam fugientem Deum & multiplicem contumaciam cet. conferantur & hic doctrinæ nostræ primi defensores in declaratione form. concord.* pag. m. 927. Addamus, quæ b. LUTHERVS prefat. ad tom. I. Len. lai. de fœmetiplo fatetur: *ego autem, inquit, qui me, utcumque irreprehensibilis monachus viuebam, sentirem coram Deo esse peccatorem inquietissimæ conscientie, nec mea satisfactio, placatum confidere possem, non amabam, immo odiebam iustum & punientem peccatores Deum, tacitaque si non blasphema, ingeni certe murmuratione indignabar Deo, cet.* Verum hæc sufficiant de summa credendi adiuvia.

§. IX.

Quæ quum ita sint, ad eum, cui est οὐαὶ τῆς ἵσχυός, quo potest etiam subiicere sibi omnia, configiendum, eumque, tamquam vnicum fidei auctorem largitoremque, agnoscendum esse arbitror. Ad quod ipse nos inuitat allicitque, quando sibi soli, disertis verbis, in monumentis sacris expressi, tantum tribuit opus, omnesque vires humanas longissime remouet.

* Quid clarius effato illo benignissimi nostri seruatoris esse potest, quando *Io. VI, 29.* τὰ ἔτι, inquit, τὸ ἕργον τῷ Θεῷ, ἵνα πιεσθῆται εἰς ὁμέλειαν εὐενος, *hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misi ille, scilicet pater cœlestis.* Sermonem hic esse de veræ fidei productione ortuque, quilibet, vel menon monente, intelligit. Egregie vero hæcce verba omnia ea confirmant, quæ hæcnenus dicta sunt, si in suo nexus considerentur. Nam directa sunt contra illos homines, qui ad quaerendum

rendum cibum, perdurantem aeternum, a seruatore fidelissimo admoniti & excitati, pro intimamentium suarum corruptione, propriarum virium vana abrepti fiducia, ea sibi arrogare non verentur, quæ solius Dei sunt. *Quid faciemus, v. 28. dicunt, ἡγαγόμεθα τὰ ἔγγονα τοῖς Θεοῖς.* Habet hic elatum naturæ superbae supercilium! Quod depresso ingenuo fateretur salutis humanæ reparator, *hoc est opus Dei,* quod Deus sibi soli reseruauit, quemadmodum creare aliquid ex nihilo solius potentie summi rerum omnium conditoris est proprium. Idque indice quasi digito ex ipso fidei obiecto probare videtur, quod est ὁμολογουμένων μεγά τὸ Ιησοῦς εὐσεβίας μυστήριον, *Deus manifestatus in carne.* Conferri potest ad hunc locum b. IO. PORSTIVS in *theol. viatorum practica*, lib. II. medit. XXXI. pag. 639. Loco Ioanneo adpono Paullinum ad Col. II, 12. *ἐν φυσικῇ θεραπείᾳ διὰ τῆς κτιστῶντος ἐνεγκέφαλος τοῖς Θεοῖς, per fidem efficacis virtutis Dei.* Quibus nihil apertius ostendi potest, quam actum credendi esse operationem a sola potentia diuina repetendam; quod & effectus, qui hoc loco fidei tribuuntur, euincunt. Euolue hic vener. abbatem IOACH. IVST. BREITHAVPTVM in *institut. theol.* tom. II. loc. III. cap. II. §. 3. pag. 142. Nec silentio preterire possum, quæ gentium apostolus de sua ipsius fidei accensione ad Gal. I, 15. 16. consignauit: ὅτε δὲ εὑδούστεν ὁ Θεὸς αποκαλύψαι τὸν νόον αὐτοῖς ἐν εἴποι, cet. col. v. 12. quam filii Dei revelationem ab ipsa fidei productione hanc fuisse distinctam, testatur ipse ad Gal. II, 20. *vivere in fide filii Dei.* cet. Hanc vero ita soli Deo vindicat, vt eam a solo nutu & beneplacito diuino pendere adserat. Non vero hoc ita sumendum, ac si culpa in Deum recidat, si homines vere fidei expertes maneant. Contrarium patet ex Act. XVII, 31. qui locus obseruari hic meretur, vbi sistitur nobis Deus, tamquam iustissimus iudex, totius orbis, πάγαν πᾶσιν, quia omnibus fidem exhibuit & accipiedam dedit; sed dum hocce donum acceptare noluerunt, seuerissimas contempti nūminis incident pœnas.

E

§. X.

§. X.

Quod si dicta scripturæ huc pertinentia, paullo accu-
ratius percurruntur; ex iis adparet, omnes tres sacro-
sanctæ trinitatis personas, speciatim ad producendum fi-
dei opus, in animo hominis concurrere. *Pater*, dum tra-
hit ad filium. * *Ipse filius*, dum non modo fidem, tam-
quam pretiosissimum donum, nobis promeruit; ** sed e-
amdem etiam operatur. *** *Spiritus sanctus* denique, dum
Christum glorificat. **** Qui etiam, quum præcipua qua-
dam ratione auctor effectorque fidei existat, *Spiritus fidei*
vocatur. *****

* Ita *Io. VI*, 44. 45. οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρὸς με, ἐὰν
μὴ ὁ ωντὸς ἔλιπον αὐτὸν, cet. nemo potest venire ad me, siue
credere in me, vid.v.35. nisi pater eum traxerit. Hisce rebelles
& inimicas celesti doctrinæ iudæorum mentes coercere & ad
saniora perducere adlaborabat mitissimus seruator. Eo enim
insolentiae peruenit indomita mortalium, cuncta ad rationis
decretum exigendi libido, vt, mysteriis, dum capi non possunt,
erectis cristis inuolare non erubescat. Quid vero per tractum
patris intelligendum facile, constare potest, gratiosa nempe
in uitatio, viriumque volendi & sequendi benigna concessio,
quas non immediate; sed per verbum & sacramenta Deus lar-
gitur. Audiamus hoc de tractu pios confessores in *declarat.*
artic. concord. pag. 944. sic trahit eum, ut ex intellectu cœcato, il-
luminatus & ex rebelli voluntate fiat prompta & obediens volun-
tas. Quis non videt ex his, omnes naturæ vires penitus hic a
fidei negotio excludi. Quod egregie exprimit b. M A R T. L V-
THERVS tom. V. Alt. fol. 652. a. in h. loc. Das ist kürz geredet,
aber gar eingewaltiger spruch iſſs, der nieder schlägt, und zu Bo-
den flößt, alles, was menschliche Weisheit, Verstand, Urtheil, Ge-
rechtigkeit und Heiligkeit, auch Religion und Gottesdienst heißtet,
denn zu diesem Artikel und Seligkeit in Christo zu kommen, da
hilfſt

hifsi keine Weißheit, Klugheit, Blutvergießen, oder Allmosen geben, noch was sonst das ganze menschliche Geschlecht vermag mit Klugheit, mit Frömmigkeit, ceterum. Dulcissima quoque de hoc tractu patris suppeditat b. IO. PORSTIVS in theol. viator. practica lib. II. med. XXIX. pag. 608. sequi. cui addatur ven. abbas IOACH. IVST. BREITHAVPT in insit. theol. lib. II. c. I. §. IV. pag. 41. sequi. Tractum hunc patris probatus seruator, addit: εἰτὶ γεγαμένοι ἐν τοῖς προφήταις καὶ ἱεροῖς πάντες διδάσκονται τὰς θεός. ceterum varia occurruunt hac de re in veteri testamento dicta; sed κατὰ ἡπτά exhibit haec verba Esaias cap. LIV, 13, וְכָל־בָּנֶיךָ לִמְרוֹר יְהוָה omnes filii tui docti Domini. Hocce vaticinium de fidei ortu, mere diuino, loqui clarum est, effetusque, qui hic edocet hisce tribuitur, id euincit, dum statim additur: multa erit pax tua, quam sola fide obtineri, constat ex Rom. V, 1. Quum vero credentes edocet Domini vocantur, Deo patri hic fidei origo adseritur, genitio hoc loco caussam efficientem denotante, uti Et. LIII, 3. מִכֹּחַ אֱלֹהִים percussus a Deo, & in novo testamento Matth. XXV, 34. εὐλογητούσι τὰ πατέρας, benedicti a patre: ut alia loca, quae SALOMO GLASSIVS in philol. sacra, lib. III. tr. I. can. 30. p. 629. seq. tradit, taceam. Neutiquam vere haecce ad immediatum quodam lumen detorquenda esse; sed omnia mediate per verbum & sacramenta fieri, quilibet sanæ doctrinæ homo, vel me non monente, intelligit.

^{***} Scilicet dum nobis spiritum sanctum & omnia bona spiritualia, per lapsum amissa, sanguine & morte recuperavit. quod inculenta scripture loca edocent: Psal. LXVIII, 19. col. Eph. IV, 8. Col. I, 19. Io. XVI, 7.

^{***} Hinc ad Ebr. XII, 2. δεχρήσθε καὶ τελειώτης Τῆς πίστεως audit. Quod agnoscentes discipuli, orabant: Luc. XVII, 3. προσερχόμενοι, adde nobis fidem. Quorsum quoque pertinet, quando Matth. XI, 27. filius perhibet, se patrem manifestare cuicunque voluerit. Quando Io. I, 18. adseritur, quod unigenitus si-

Ius ἐγνώσατο exposuerit, quid sit Deus. Immo sicut per verbum omnia facta sunt *Io. I, 1.* ita & per idem verbum homines restituuntur, pristinaque vita in iisdem accenditur. Hinc in Christo ζωή esse dicitur *Io. I, 4.* immo ipsa *vita* haud raro nominatur.

**** *Ioan. XVI, 14.* ἐνεργείᾳ δοξάσει, ille, scilicet spiritus veritatis, me glorificabit: id quod fit, quando in animis humanis veram viuamque excitat fidem, ut credant Iesum Nazarenum esse filium Dei, pro peccatis mundi morti traditum; sed resurrexisse & sedere ad dextram patris, tamquam verum Deum verumque hominem. Hocce præstisſe spiritum diuinum acta apostolorum pro me loquuntur.

**** *II. Cor. IV, 13.* ἔχοντες τὸ ἀντὸ πνεῦμα τῆς κίνσεως, certabentes eundem spiritum fidei, quem habuerunt credentes veteris testamenti. confer *I. Cor. XII, 3.* γόνεις δύναται ἔντεντον Ἰησοῦ εἰ μὴ ἐν ταυτίᾳ αὐτῷ, quæ adpellatio per veram fidem fit, quod comprobat exemplum Thomæ *Io. XX, 28.* οὐ κίνησίς μου καὶ Θεός με. Plura addere loca non opus esse arbitramur, quum hæc satis clare fidem esse solius Dei opus testentur.

§. XI.

Quæ haec tenus de fidei ortu mere diuino adseruimus, ex ipsa eius natura indoleque egregie confirmari possunt. Absoluitur autem vera fides, primo quoad intellectum, diuinæ lucis productione, * quæ pulsis tenebris, eundem vera viuaque Iesu Christi, tamquam filii Dei, cognitione, mediante verbo, ** perfundit.

* Veram fidem per mentis illuminationem procreari, eamque lucem esse diuinitus accensam, nemini obscurum esse potest, quum sacratissima verbi diuini monumenta id fatis luctuenter ostendant. Quid clarius effato Paullino? *II. Cor. IV, 6.* Θεος ἐλαύαψεν εν ταῖς παροδίαις ἡμῶν, ταῦτα φωτισμὸν τῆς γνῶσεως, certe Deus

Deus splenduit in cordibus nostris ad præbendam lucem notitiae glorie Dei in facie Iesu Christi. Id quod de fide sumendum esse ex v. 13. constat. Hinc credentes non modo evocati ex tenebris eius Τὸν Θαυματὸν αὐτῆς Φῶς dicuntur, vt I. Pet. II, 9. Col. I, 12. 13. (de quo loco conf. PETRI SIGISMUNDI PAPENII lexicon onomato-phraseologicum in codicem sacr. nou. testam. pag. 637. 638. sed & ipsa lux in Domino Eph. V, 8. audiunt. Iunge his local. Io. I, 9. II. Pet. I, 19. adde b. LVTHERVVM tom. II. Ien. fol. II. der Glaube iß eine lebendige geistliche Flamme, damit die Hertzen durch den heiligen Geist entzündet werden cet. Præcipua vero, quæ naturam lucis huius spiritualis constituunt, momenta esse arbitror, vt peccatum, tamquam teterimum atque omnium horrendissimum, agnoscamus & habeamus malum; Christum vero pro nobis crucifixum, vt omnium bonorum summum & saluberrimum, quo nihil amabilius, nihil præstantius in celo terraque ne mente quidem cogitari potest, intuamur, admiremur, veneremur. Id vt multis demonstrem haud opus esse puto, quum res ipsa pro me verba faciat. Hæc vero est vera & genuina illa Christi cognitio, qua vita nititur æterna, Io. XVII, 3. hinc a cunctis, naibus atque quadrigisvt aint petenda est. Nam ne existimes, hoc esse rem facilem leuemque, vt mens Christi notitia imbuatur. Euolue quæso libros ecclesiæ nostræ symbolicos, apol. aug. confess. pag. 178. non loquimur, docent, de oriosa notitia, qualis etiam est in diabolis; sed de fide, quæ resistit terroribus conscientiæ, qua erigit & consolatur perierfacta corda. Taliſ fides neque facilis res, vt somniant aduersarii, neque humana potentia; sed diuina potentia, qua viuiscamur. Consimiliter FRID. BALDVINVS in psalmis Davidis, quos penitentiales vocant, commentariis illustratis, Ps. VI. pag. 308. post alia dicta, ex quibus, inquit, constat rem non tam facilem esse veram fidem, vñquidem opinantur pontifici; sed omnium difficillimam christianissimi nostri partem, quia non tam rebus secundis, quam aduersis probatur & conspicitur, vt exempla sanctorum testantur, Iobi, Davidis, Ionæ & aliorum cet. Ex

quibus simul patet veræ seruatoris cognitioni, quæ fide producitur, seriam & diuinitus excitatam anteire intimæ miseriæ cognitionem. Etenim sine hac friget languetque animus ad cognoscendum redemptorem, homoque nefcius fui morbi de medico cogitare nequit. Quocirca animus, a Deo collistratus, ante omnia sentit peccata sua diuino perculsus angore, eorum admiratur multitudinem grauitatemque. Inchoat secum reputare, quanta iactura, quantum naufragium, quam irreparabile sit damnum, quod tam frigidis sordidisque rebus vita annos consumserit, posthabita dulcissima cum cœlesti spospo amicitia, & hinc fluente ineffabili felicitate. Nec ipsi sufficit externorum peccatorum agnitus, quippe quæ & in hominem cadit paganum; sed percipiens, quantum peccatum sit malum, penetrat ad omnis mali fontem & radicem, indefessa cura dum scrutatur & exquirit ipsam connatam omnibus labem, quæ inueterauit & imis infedit venis medullisque, totum item hominem reddit turpem, maculatum, immo abominandum in numinis purissimi oculis sanctissimis. Hinc tota mens velut incendio conflagrat ad eum cognoscendum, qui solus ex tantis angustiis eripere animamque saluare potest. At quanta hic subeunda discrimina, quanta exantla certamina, donec inueniamus eum, qui nos summo complexus est amore. Experientia hic optimus est rerum magister. Sane omnes illi, quorum animi, diuinitus, efficaci potentis Dei virtute, ad veram genuinamque Christi cognitionem perduicti sunt, mecum fatebuntur, se non sine multo sudore, labore, indefessis precibus, multisque lacrimis tandem hocce unicum necessarium reportasse. Paullus, dux & antesignanus eorum, qui Christum vere agnoscunt, suo id nobis inculcat exemplo, ad Phil. III, 7.8. ἀλλ' ἔτι τὸ μοι κέρδη, ταῦτα οὐγραμματία τὸν χειρὶς εγγυαῖαν cet. Sed quæ mihi erant lucra, ea duxi propter Christum damnum esse. Quin etiam certe duco, omnia damnum esse propter eminentiam noritie Christi Iesu domini mei, propter quem omnibus istis me ipsum multauit & omnia habeo propter.

Περὶ τῆς πίστος, græco συνέβαλτα. De qua voce vide GEORGII PASORIS lexicon græco-latinum pag. 1238. Adde loca Prog. II, 2. seq. c. VIII, 34. Sir. LI, 35. Recentiora exempla, quæ, quale quantumque sit veræ cognitionis filii Dei opus, ostendunt, vide in illustrissimi ERDMANNI HENRICI comitis HENCKEL letzten Stunden e. gr. pag. 72. seq. p. 145. seq. & paßim item 10. HENR. REITZENS historie der wiedergebornen. Egregie hæc variis beati patris nostri LV THERI confirmari poslunt e. gr. tom. VI. Ien. pag. 59. b. §. vlt. & tom. V. Alt. fol. 645. b. Es sind inſer wenig, die diesen Articul wiffen und verſtehen, und ich han-dele ihn darum für und für, daß ich sehr fürchte, wenn wir das Haupt gelegert haben, es werde bald vergessen seyn und wider da-bin fallen. Es lebt auch Christus die ewige Gerechtigkeit sich mit einer Predigt oder Gedancken nicht fassen oder ausgründen, denn es ist eine ewige Kunſt cet. & alibi ex allegatione harmoniæ IV. Euangelistarum, conſectæ a viro illustrissimo, pietate & doctrina theologica maxime ornato, beato CAROLO HILDEBRANDO, libero barone de CANSTEIN parte IV. cap. XXXIV. ad Ioan. VI, 40. *Glaube iſt eine hohe Kunſt und Lehre, ſo kein Heiliger hat auslernen oder ausfinden können, es ſey denn, er habe geſteckt in Verzweiflung, in Todes Nöthen. Denn da ſiehet man des Glaubens Krafft und Würckung allererſt in den Anfechtungen, als daß der Glaube überwände die Sunde, den Tod, Teufel und Hölle: das ſind nicht ſchlechte Feinde. Sie treiben mir aus einen Schweiß und zubrechen einem ſeine Gebeine und machen einem Himmel und Erde zu enge cet. da lernet an dem, was der Glaube, cet.* Quæ quum ita ſint, nemo non videt, ſolius Dei id opus eſſe, ſi quis vere illuminetur, fidemque conſequatur.

** Ergo non immediate; ſed mediate, per verbum & quidem in primis euangelii. Quum vero Deus huic infinitam vim atque efficaciam ad illuminandas cæcas mortalium mentes inſinuauerit, quis non videt lucem illam, quæ per hanc animo conſertur, eſſe virtutis diuinæ præclarum opus?

§. XII.

§. XII.

In voluntate autem vita excitatur spiritualis, qua instructus homo vere penitens, non solum omnia feruatoris sui merita, in primis mortem sanguinemque, audeo totoque peccatore ad se rapit, sibique omnia parta esse credit; sed & promptus paratusque redditur, ad tantum salutis suæ reparatorem, amore amplectendum tenerrimo, eiusque præceptis in omnibus strenue obediendum.

* Vita illa noua seu spiritualis, est complexus motuum vitalium, eorumque supernaturalium, in voluntate omnipotenti Dei operatione productorum, qui haud incommodè in *ingratos* & *gratos* dispeccuntur. Quod ad illos adtinet, oriuntur ex viua sinceraque intimæ corruptionis naturalis cognitione, de qua §. præcedenti aliquid monitum est. Quando enim homo, adfulgente luce illa diuina, quæ intellectum impleuit, animaduertit atque conuincitur, peccatum sumnum esse malum, sequeret tot tantisque deprehendit inuolutum noxis, quarum se reum esse die nocteque pungitur, non potest non voluntas magna inundari tristitia, maxime vero salutari, teste Paullo II. Cor. VII, 10. Porro dum agnoscit, numen sanctissimum ira feruere contra omnes legis suæ transgressores; se vero maximum eorum esse videt, terror, metus, angor ita animum inuadunt & adoriantur, ut cum summa hic cernas hominem conflicantem desperatione. Quumque fœditas peccati haud amplius menti lateat, quid inde, nisi pudor, horror, odium & fastidium sui ipsius, aliquae huc pertinentes motus, oriri possunt, quibus suis explicandis inhærere instituti ratio prohibet. Euolui meretur *dissert. theol. de felici a lege ad euangelium transitu*, quæ sub præsidio ven. IO. FRANC. BVD DEI habita est, sect. I. §. 14. pag. 19. seq. Hisce omnibus haud exiguos conscientiae morfus, qui quam maxime mentem premunt, angunt & excruciant, accedere, quis, nisi in his rebus penitus hospes, abnuere potest? Hac autem ratione fiduci negotium procedere,

pro

causam meam agunt reformationis euangelicæ autores in apol. Aug. confessionis p.m. 144. fides illa, de qua loquimur, existit in pœnitentia, hoc est, concipitur in terroribus conscientie, quæ sentit iram Dei aduersus nostra peccata, & querit remissionem peccatorum & liberari a peccato. Et in talibus terroribus & aliis afflictionibus debet hæc fides crescere & confirmari. Quare non potest existere in his, qui secundum carnem vivunt, qui delectantur cupiditatibus suis & obtemperant eis. Et pag. 209. hæc fides, de qua loquimur, existit in pœnitentia. Et inter opera bona inter tentationes & pericula confirmari & crescere debet, ut subinde certius apud nos statuamus, quod Deus propter Christum respiciat nos, ignoscat nobis, exaudiat nos. Hæc non discuntur sine magnis & multis certaminibus. Quoties recurrit conscientia, quoties sollicitat ad desperationem, quum ostendit aut vetera peccata, aut neuia, aut immundiciem naturæ? Hoc chirgraphum non deterit sine magno agone, vbi testatur experientia, quam difficilis resistit fides. Et cum inter terrores erigimus & consolationem concipimus, simul crescent alii motus spirituales, notitia Dei, timor Dei, spes, dilectio Dei, cet. Qui vltimi a piis maioribus indicati motus nobis gratorum nomine insigniuntur. Scilicet vita illa, diuinitus excitata, nequaquam hisce ingratiss terminatur motibus; sed prorumpit in latiores & iucundiores voluntatis affectus, qui ex via illa seruatoris, qua intellectus gaudet, prodeunt cognitione. Primo sitis famesque fruendi meritis Christi totum inflamat pectus, qui, si rite custodiantur, motus, immo indefessi precibus, verbi scrutinio iunctis, multisque lacrimis in dies augeantur & roborentur; tamdem latissimo triumpho abeunt in plenam fidei παρησταν & πληροφοριαν, qua impletus homo crucifixum Iesum amplexibus recipit tenerrimis, sanguinem & aquam e latere crudelissime transfosso, instar viuentis & perennis fontis vitam salutemque scatente, plenis buccis haurit babitque, hacque ratione transit ad diu exoptatam quæsitamque omnium bonorum, Christi morte partorum, iucundissimam possessionem. Quum

F

vero

vero tot tantisque se cumulatam persentisit anima beneficis, non potest non ardenter incendi in seruato rem amore, ex quo larga omnium virtutum seges efflorescit: id quod *apol. Aug. conf.* artic. IV. fere in omnibus paginis edocet & inculcat. Plura addere non iuuat, quum haec omnia solidissime & ex professo sint discussa a summe venerabili PRAE SIDE in *dissert. de insigni harmonia fidei* & in *Sendschreiben an einen Sachsischen theologum die Materie von dem wahren lebendigen therigen Glauben betreffend*, aliisque scriptis. Haec vero omnia soli Deo referenda esse, quis, nisi infanæ mentis homo, in dubium vocare audeat? Quemadmodum enim ad vitæ naturalis ortum nemo aliquid contulit: ita multo minus ad vitam producendam spiritualem, vires aliquid valent humanae.

§. XIII.

Insignem, præclaram, maximeque salutarem per fidei productionem, in hominis animo contingere mutationem, dum litteræ diuinæ magna cum emphasi declarant proponantque, * merito aliquid hac de re ad nouum omnibus, hocce capite pertractatis, adferendum robur, addimus.

* Huc spectat, quando homines per fidem a tenebris ad lumen, a potestate satanæ ad Deum, *Aet. XXVI, 18.* immo a morte ad vitam transire *Ioan. V, 24.* *I. Ioan. III, 14.* perhibent. Quis itaque eximiam & plane singularem, veram fidem in animo humano parere mutationem abnuat? Quæ, eti, quod exemplo Nicodemii *Io. III, 4. 9.* constat, omnes corrupta rationis vires longissime supereret; est tamen certissima maximeque realis. Quod si dicendum, in quo cardo beatissimæ huius *καταστοῦ* vertatur, hisce mihi videtur absolui partibus, quod homo, deposita & exuta fecundissima, omnibusque innata diaboli imagine, Christi, seruatoris sanctissimi & innocentissimi, effigiem præse ferat. Quod Paullus *II. Cor. III, 18.* egregie exponit: *nos omnes recta facie gloriam Domini quasi in speculo intuentes* (quod per fidem

fidem fit) in eamdem imaginem transformamur ex gloria in gloriam: quo de loco vide Aug. conf. pag. m. 209. & LVTHERV M tom. II. Altenb. fol. 723. b. & 10. ARNDIV M lib. I. c. 2. & 3. lib. II. c. II. & alibi. Iam consideres, quanta in homine, sibi reliquo, dominetur ἐξστία ἡσ σκότως, Col. I. 13. quanta sit inferni loci principis potentia in corrumpendis filiis ἀπιστας, qui eos instar ferarum capit & captiuos ducit εἰς ἡδελημα ἐκεῖνα, II. Tim. II. 26. vt instar boum ad maestationem eum sequantur. Homo enim neque ab eo ad interitum cursu, precibus, admonitionibus, obsecrationibus, minis, obiurgationibus reuocari se patitur; sunt verba declarat. artic. conc. pag. m. 929. Quibus omnibus accedit, tamquam altera natura, consuetudo peccandi, & hinc orti indissolubiles peccatorum habitus, qui adeo mentem cœcant & obdurant, vt omnis sic emendationis spes videatur elapsa. At simulac vera & diuinitus accensa fides animum occupat, omnia peccati vincula franguntur, pessima libidinum mancipia redduntur tempa Deo vnicce consecrata. Hic loci dicenda, omnium optime per exempla redduntur clara & perspicua, que non diu essent querenda, si primaeus æui apostolici, veri christianismi ardor feruorque, adhuc hodie vigerer. Illustrissima sane præbent insignis, que per fidem contingit, mutationis monumenta, primitæ illæ gentis christianæ, ad quas Paullus litteras suas ablegauit. Quam præclara sunt, quæ de Romanis, antea seruis peccati, refert? Non modo fidem c. I. 8. sed & obedientiam eorum c. XVI. 19. per totum celebrari orbem perhibet. Nec mirum, quum toto corde obsequium præstiterint ei doctrinæ, quam illis tradiderat. vid. VI. 17. Quid de Corinthiorum, quondam ad idola multa turpisissime abductorum, dicam mutatione? de qua gratias ago, inquit apostolus I. Cor. I. 14. seq. quod in omnibus ditati sis, cert. adeo ut nullo charismate deficiamini. cert. Egregiam & excellentem, Galatarum, Ephesiorum, Philippensium, vitæ morumque transformationem euolue Gal. IV. 14. 15. Eph. I. 15. 16. Phil. I. 4. 7. 8. c. IV. 1.

Thessalonicenium vero, ab idolis ad Deum conuersorum, nouam, eamque pulcherrimam, faciem quanta prosequitur laude, quantisque elogiis? totum caput primum prioris ad hosce datæ epistolæ præstantissimam illam, quæ in his per fidei productionem orta est, decantat commutationem. Hæc fidei christiana etiam ferocissimas gentes adeo commutandi & ad saniora reducendi præclara vis atque efficacia, firmissimum mihi videtur pro demonstranda veritate reuelatae religionis esse argumentum. Quare qui maximam hanc potentiam, dum ipsi eamdem non sint experti, extenuant, vel plane non admittunt, ingens nobis contra hostes religionis christiane telum eripiunt. Fidem vera hinc solius Dei opus esse, qui liber, vel me non monente, intelligit: quod quum haec nus satis a nobis euictum esse putamus, pedem ad ultimum dissertationis nostræ caput promouemus. Id vnicum adhuc addimus, euitandos esse circa modo indicatam a nobis μετανοειν omnes scopulos. Ex hac parte, ne quamlibet mentis mutationem, qua ex solis caussis procedit naturalibus, pro vera illa, quam fides gignit, venditemus animi conuerfione; illinc, ne ipsam essentiam, vel substantiam hominis, hic commutari, somniemus. Id quod faciunt illi, qui fanaticorum scholas frequentarunt, ut pluribus hæc discutiuntur a ven.

IO. FRANC. BVDEO meo in *institut. theol. dogm.* tom. II. lib. IV. cap. III. §. 24. pag. 1219. seq.

CAP. III. DE FIDE, TAMQVAM OPERE DEI SVMMO.

Sūvaψις.

Institutum huius capituli declaratur,
fidem scilicet summum esse Dei opus,
§. I. idque evincitur.

I. ex verbis Pauli, in quibus miraculofam ad fidem producendam Dei potentiam requiri, dicitur. §. II.

II. spe-

- II. *Speciatim ex iis scripture locis, vbi sub noue creationis, itemque resuscitationis, idea, fidei excitatio proponitur.* §. III.
- III. *ex summa bonitatis aduersus fidem repugnantia.* §. IV.
- IV. *ex pretiosissimo eius fundamento, filio Dei,* §. V. *qui istud est*
1. *per adjuntam naturam humanae, eamque nostra causa absque mensura vntam.* §. VI.
 2. *per mortem, resurrectionem atque ascensionem in celum.* §. VII.
 3. *per vitam in fide peractam.* §. VIII.
- V. *ex stupendis fidei effectibus summae credentium dignitate, quae indicatur.*
1. *in genere, vbi*
 - a. *intima, eaque ineffabilis, peccatoris cum Christo vnitio.* §. IX.
 - b. *hinc fluens summa omnium meritorum participatio.* §. X.
2. *in specie, vbi*
- a. *homo miser, nudus omniisque orbatus ornatu, iustitia ipsius filii Dei ornatur.* §. XI.
 - b. *filius iras fit filius Dei.* §. XII.
 - c. *imago satanae fit imago Dei, immo sponsa Christi.* §. XIII.
 - d. *homo sedes & domicilium impuris spiritus, fit templum domusque Dei triunus.* §. XIV.
 - e. *hostis fit amicus Dei, immo frater filii Dei.* §. XV.
 - f. *candidatus gehenna coberes Dei & Christi erudit.* §. XVI.
- VI. *a fide infantum, usi rationis & cognitione desitutorum.* §. XVII.
- VII. *ab invincibili fidelium in omnibus aduersis constantia.* §. XVIII.
- Tamdemque toti dissertationi finis imponitur.* §. XIX.

§. I.

Postquam diuina adspirante gratia, pro concessis viribus demonstrauimus, fidei excitationem esse opus solius Dei, longeque vires superare humanas; reliquum est, ut in arguento grauissimo primas saltim lineas ducamus, & leui quodam speciminae, quo pacto fides sumnum existat operum diuinorum, ostendamus.

§. II.

Quum vero præcipua, quæ, fidem esse Dei opus maximum, probant argumenta, animo voluimus, occurrunt nobis primo verba scripturæ, quæ miraculosam & nulla

F. 3 cogi-

cogitatione complectendam, Dei potentiam, qua filio, mortis vinculis solutis, vitam reddidit, summumque concessit super omnia imperium, ad fidei opus producendum, conseruandumque adhiberi, disertissime pronuntiant. *

* Producō Eph. I, 19.20. vbi Paullus Ephesios a Deo spiritum ἀποκαλύψεως, oculosque mentis illuminatos, adprecatur, ad inspiciendum, τὸ ὑπερβάλλον μέγεθός. Της δυνάμεως αὐτῆς εἰς ἡμᾶς τὰς πιστεύοντας κατά την ἐνέγγειαν τὰ πεῖταις τῷ ιερούς αὐτῆς, ἣν ἐνηγγυησεν ἐν τῷ χριστῷ, ἐγερας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν, cet. quæ sit supereminens magnitudo potentie ipsius, in nobis, qui credimus pro virtute & potencia roboris virium ipsius, quam operatus est, quāduscū sūscitauit eum ex mortuis. Quæ verba considerans, sancto abrupto stupore venerari cogor infinitos immensosque diuinæ potentiaz thesauros. Quod si vastissimum solis corpus, ceteraque cœli astra, ea, qua decet, animi adtentione, intuaris, stupenda Dei in regno naturæ tibi hinc illucescat vis atque potentia. At non minora, immo adhuc præstantiora, in regno gratiæ immensæ virtutis diuinæ hic nobis deteguntur, documenta. Quæ omnia en quantum! en quam in-exhaustum pandunt menti humanae diuinæ potentiaz mare! Hanc nullis describendam verbis, nulla concipiendam ingenii acie, hanc, inquam, Deus adhibet ad excitandam in nobis fidem, quod innuunt verba: τὸ ὑπερβάλλον μέγεθός. Της δυνάμεως αὐτῆς εἰς ἡμᾶς τὰς πιστεύοντας. Sermonem hic esse de fidei caussa ortuque, quilibet intelligit. Veræ autem & genuinæ fidei originem mere diuinam tot ac tantis apostolus verborum emphasis circumscribit, vt eam operum diuinorum omnium summum esse, haud obscure in apricum producat. Primo exhibet nobis vocem δυνάμεως, vt adpareat, neutiquam fidem christianam esse huminarum virium; sed e contrario opus diuinarum virtutum, vel, vt libri symbolici adserunt, diuinam potentiam qua vivicamus. At summum quum hoc loco exponat nobis scriptor diuinus Dei opus,

1101

non sufficit ipsi vox *δύειν*; sed præmittit huic vocem *μέγε-*
θος, *magnitudinem* potentiae, indicaturus, summam hie se ex-
ferere Dei potentiam immensumque robur. Quum vero in
tam profundæ virtutis diuinæ consideratione non inueniret,
quo pedem figeret, adfert vocem *ὑπερβάλλων*, (de qua vide
CHRISTIANI STOCKII claviem lingue sanctæ noui testam. pag.
194.) significans, illam efficacie diuinæ magnitudinem, qua
fidei negotium in nobis conficitur, omnibus dispellendis te-
nebris, tollendisque difficultatibus, non modo sufficere; sed
& ea omnia longe superare, ita ut nullus immenso huic ro-
bori possit poni terminus. conferad *Eph.* II, 7. vbi de infinito
Dei amore in opere redemtionis, per vnigenitum filium pera-
ctæ, eadem fere emphasis occurrit. Sed haec omnia nondum
rem tantam exhaudire, gentium doctori videntur, hinc sub-
iungit *καὶ τὸν ἐνέγκειν*, innuens, Deum immensam, quam
haec tenus enarravit, potentiam, efficacissime exercere in pe-
ctoribus humanis, & in intimos penetrare animi recessus instar
ancipitis gladii omnia dissecantis. vid. *Ebr.* IV, 12. Idque fieri per
καρότος θεοῦ ιχύας, quod *rūbor* cap. VI, 10. adprecatur creditibus
ad debellandos potentissimos tenebrarum principes. Tamdem
quum magno huic apostolo ad maximum describendum opus
verba deessent, exemplum producit omnium illustrissimum, in
quo, tamquam in splendidissimo speculo, omnium oculis &
mentibus videndum contemplandumque præbet summum hoc
opus, fidei nempe accensionem eadem admiranda & prodigiosa
niti potentia diuina, quam cælestis pater adhibuit ad filium ex
morte resuscitandum cumdemque euangelium & collocandum
in summam maiestatis & imperii diuini sedem. Quæ, quis mente
adsequi? quis enarrare pro dignitate potest? Nihil igitur restat,
quam vt, diuina rei tam inuitatae, admiratione percussi, adfe-
ramus, fidem esse Dei opus longe præclarissimum. Confirmat
haec apostolus II. *Cor.* IV, 7. vbi eam *ὑπερβολὴν τῆς δυνάμεως*
adpellat, addita ratione, cur tam immensa hie se prodat vir-
tus diuina, ob summam nostram infirmitatem, dum, *ἔχομεν*,
ait

ait, τὸν Ἰησοῦν (eleganter fidem ob insignem præstantiam thesaurum nominat,) ἐν ὄστρανιοῖς οὐείσων, in vasibus testaceis. Haud exiguum; sed clarissimum potius, his omnibus adfunditur lumen ex iis, quæ b. LUTHERVS de fide, tamquam summo omnipotentiae diuinæ opere, differit tom. II. Altenb. fol. 466. b. das ist über alle Wunderwercke, daß uns Gott solche Kraft giebet, dadurch alle unsere Sünde vergeben, und verüilget, der Tod und Teufel und die Hölle überwunden und verschlungen wird, daß wir ein unerschrocken Gewissen, und fröhlich Heritz haben, und uns für keinem Ding fürchten. Et alibi ex adlegatione summe venerandi PRAESIDIS in euangelischen Haus-Gespräch von der Erlösung p. 201. der Glaube ist ein allmächtig Ding, wie der ewige Gott selbst ist, darum wil ihn Gott auch bewehren und prüfen, darum muß sich auch dawieder sperren und legen alles dasienige, was der schalckhafte Teufel vermag und kann.

§. III.

Nec minoris momenti, pro fide, vt' operum diuinarum omnium præstantissimo, adstruenda, præbent argumentum ea sacrarum litterarum loca, in quibus veræ fidei accensio & productio, sub idea & imagine nouæ creationis,* viuificationis & resuscitationis ** exhibetur & repræsentatur.

* Testis est Psal. LI, 12. לְבָתְהוֹרְבָּרָא־לִי cor mundum crea mibi. Regenerationem, seu fidei productionem, hic a pœnitenti rege ardentissimis efflagitari suspiriis, totius psalmi coherentia luce clarius monstrat. Quam obintimam naturæ suæ adiutoriæ, neutiquam suarum esse virium sentiens, ad præpotentem huius viuerti creatorem confugit, eiusque genibus aduolutus orat: crea mibi fidem, significaturus creationis voce, insignem eam esse Dei operationem, qua fidem in nobis accedit; quemadmodum maximum id erat opus, quum cælum

cælum terramque ex nihilo crearet. Audiamus hac de re b. LVTHERVVM tom. II. Altenb. fol. 410. a. wir können die geringsten Wercke nicht thun ohne den Heiligen Geist, wie solten wir denn durch unsre Kräffte können das höchste Werck thün, nemlich glauben? cet. nicht allein ists Gottes Wille, sondern auch eine Kraft Gottes, daß er sichs viel läßt kosten, denn wenn Gott den Glauben schaffet in dem Menschen, so ist es ja so ein groß Werck, als wenn er Himmel und Erden wieder schaffet. Sed adsumt plura, ex quibus idem constat, scripturæ effata. Paulus quando II. Cor. IV. 6. οὐ θέσπις, inquit, ὁ εἰπὼν εἰς συότροπος Φῶς λαμψάται, οὐ οὐλαμψει cet. Deus qui dixit ut e tenebris lux splendesceret, is est, qui splenduit in cordibus nostris cet. num aliud quid significat, quam lucem spiritualem, quæ est vera & diuinitus accensa fides, non minoris esse virtutis & potentiae diuinae opus, quam lucis naturalis in prima creatione productionem? His accedant dicta eiusdem apostoli II. Cor. V. 17. vbi noua audit creatura quilibet, qui vera fide Christo seruatorie est insertus, & ad Eph. II. 10. nominantur credentes ποίησα κτισθέτες, creati in Christo in se ad bona opera, vbi similis fons noua huius indicatur creationis, qui hic est, quod ut in primæua cunctarum rerum productione omnia per verbū facta sunt, Io. I. 3. ita & in opere restitutionis omnia per filium conficiuntur. vid. SEB. SCHMIDIT disput. de antiquissima fide Mosaica circa mysterium trinitatis. Posset hic itidem collatio institui inter hanc & primæuam illam creationem, qua ratione haud contempnenda his omnibus præberetur lux, sed præstitit id iam HERM. WITSIVS in econ. fæder. Dei cum hominibus lib. IV. c. VI. Quod si quis querum argumenti huius pro fide, tamquam Dei opere multo præstantissimo, sibi non fatis constare existimet, eum bona pace ad ea, quæ sequenti de intima naturæ humanae contumacia, diuturi fumus, ablegamus. Quæ si cum iis, quæ iamiam in medium produximus, conferantur, euidentissima hinc enascitur nostra adfertionis probatio.

G

** Mul-

** Multa hac de re occurunt dicta, in primis in epistola ad *Ephesios* data c. V, 14. item c. II, 1. & 5. 6. ὅντας ήμας νεκρούς τοῖς παραπλέμασι. συνεζωοποίησε τῷ χειρῷ καὶ συνήγειρε. cert. nos, quum mortui essemus in peccatis, una viuificauit cum Christo, vnaque suscitauit cert. Id vero per fidei productionem factum esse idem apostolus declarat ad *Col.* II, 12. ἐν ᾧ καὶ συνηγένεθη δια τῆς πίστεως τῆς ἐνεργείας τῆς Θεᾶς, cert. in quo & suscitati essemus, per fidem efficacis illius virtutis Dei. cert. adde *Ioan.* V, 24. 25. Quæ loca nihil aliud loquuntur, quam eamdem a Deo potentiam, in excitandis hominibus ad fidem, adhiberi miraculofam, qua usurus sit ad resuscitanda in puluerem redacta humanorum corporum ossa. En fidem tamquam summum Dei opus! Pertinent huc insignia b. LUTHERI verba, quæ in *pastorali eiusdem*, iam supra a nobis laudato, parte I. pag. 2. vbi von den heiligen Predigtsamts Würdigkeit vor Gottes Angesicht ita differit: weil OGottes Wort und Amt, wo es recht gebet, muss ohne unterlass grosse Dinge thun, und eitel Wunderwerck treiben, so muss dein Sohn (adloquitur parentes, quorum filii officiis sacris vacant) auch ohne unterlass grosse Dinge und eitel Wunder thun für Gott, als Todten auferwecken, Teufel austreiben, Blinde sehend, Taube hörend, Auffzettige rein, Stumme redend, Lahme gehend machen, obs nicht leiblich geschieht, so geschieht es doch geistlich in den Seelen, dass es viel grösser ist wie Christus spricht: *Ioan.* XIV. 12. weran mich gläubert, wird die Wercke auch thun, die ich thue, und wird grössere denn diese thun. Et paucis interieclis: wer hilft nun dem Menschen zu solchem Glauben, obn das Predigtamt, und Wort Gottes, ist das nicht ein unermesslich grösser herrlicher Werck und Wunder, denn soer leiblich oder zeitlich Todte auferwecker zu diesem Leben. Quod si quis ex his potentiam irresistibilem elicere vellet, illi respondemus, potentiam hic eamdem esse, quam Deus in adductis miraculis praestat; sed neutrquam eumdem influendi modum: quod pluribus enodat ABB. CALOVIVS in bibiis illustratis ad *Eph.* I, 19. 20.

§. IV.

§. IV.

Immo multo maius & excellentius diuinæ virtutis, fidei in hominē productionem, esse opus, quam totius, tam late longeque patentis huius vniuersi, ex nihilo facti, procreatio, extra omnem positum esse arbitror dubitacionem, si summa, eaque fere inexpugnabilis, hominum aduersus fidei doctrinam repugnantia, infensissimusque eorumdem contra Christi crucem animus, adtentis usurpetur oculis. *

* De mentis humanæ contra fidem generalem inimicitia, iam supra aliquid dictum est. Addimus de eadem pluribus. MART. CHEMNITII verba in loc. theol. parte I. fol. 202, vbi de loco Pauli ad Rom. VII, 7. col. cum Ier. XVII, 19. ita sentit: *expende quæso quam apte congruunt Ieremie & Pauli dicta: plana ac perspicua sententia est, que adfirmat in homine esse & in hac mortali vita manere quiddam negligens aut fugiens Deum & irasci ei, & quod vicissim Deus improbat, ac declaratio addita est: hoc infirma natura, inquit, non potest subiici legi Dei semper languet dubitacione, securitate, dissidentia & variis flammis cupiditatum. Quid autem potest tristis dici, quam in homine esse inimicitiam aduersus Deum. In primis vero miseris mortalibus, inimica cruci Christi insidet mens, quæ omnes suas vires colligit & in fidem saluificam effundit. Acerrimum hoc odium in cuiuslibet peccatore instar serpentis latet, originemque dicit ex horto paradiso, vbi inimicitiam inter benedictum mulieris semen & malum genium eiusque progeniem positam esse scimus. Ad quam, quum omnes, qui nondum sunt renati, pertineant homines, omnium quoque animi, velut peste quadam, hocce odio infecti sunt. Fons, ex quo tantum prodreditur venenum, est peruersissimus, quo laborant homines, sui ipsius amor, qui tam altas in mente humana egit radices, ut heroibus quidem datum sit, munitissima quæque regna si-*

bi subiicere; at se ipsos vincere haud possint. Hæc prauis-
fima philautia incendit inflammatque summe depravatos mor-
tales, vt acerbissimo æstuent contra id omne odio, quod su-
perbae rationis placitis & depravatae voluntatis illecebris cal-
culum denegat, iisque contrariatur. Iam quum nihil adeo
recedat a corruptæ naturæ libidine, quam doctrina de cruce
Christi, quippe quæ ad defruendas eiusdem vires vnice com-
posita est, hinc illæ lacrimæ, hinc illa odia. Ratio, quum nul-
lo modo mysterium crucis capere vel possit, vel velit, conci-
ones de crucifixo seruatore inter somnia mentisque ægrotan-
tis deliria, refert. Hinc verissime Paulus dicere poterat:
*ημεῖς δὲ πηγέσομεν χριστὸν ἐπαυγασμένον ἴσθεῖν μὲν οὐαύδαλον, ἔλλησι
δὲ μαργαρίταν.* I. Cor. I, 23. immo doctrinam christianam hinc ad-
pellat *μαργαρίταν* εἰς. Ita enim eamdem explodit sibi relieta ra-
tio. Id quod satis patet exemplo philosophorum gentilium,
qui alta corruptæ rationis cothurnice incedentes, non modo
pertinaciter, & cum summo fastu contradicabant; sed & o-
mnibus conuiciis contumeliosque sacratissimæ doctrinæ inuo-
lare haud erubescabant. Plura hac de redabunt ven. IO. FRANC.
BVDEVS in *dissert. historico-theol. de veritate Christ. relig. phi-*
losophorum gentilium obrectationibus confirmata in miscell. sacris
parte I. pag. 455. seqq. & IO. GEORG. WALCHIVS in *obser-*
uationibus in noui federis libros, parte I. obseruat. X. & XII. p.
77. 86. seqq. quibus addatur CHRISTIANI KORTHOLTHI
paganus obrectator. Maxime vero exserit se hicce hostilis
contra fidem conatus in voluntate humana, quippe qua irre-
tita corruptæ carnis blandimentis, fastidit naufragante serua-
torem instar latronis de ligno maledicto pendenter. Abhor-
ret tota hominis natura sanguineum hocce spectaculum, id-
que tamquam vnicam salutis viam complecti, secura magna-
que superbia sece esserens, manibus pedibusque obnitiuit, im-
mo, vt tamquam pernicioſissima pestis longissime remouetur,
omnibus contendit neruis. Hinc crudelissima illa iuratorum
christi-

christianæ gentis hostium odia, hinc illa sanguinum flumina, quæ immanis, extirpanda religionis, Christum crucifixum adorantis, libido, proh dolor! produxit. In mare pedem immitteremus, si iis enarrandis, quæ documenta martyrologica hac de tradunt, inhaerere velimus. Breuissimis, quanta mentes ardeant humane inimicitia, quantaque ferueant contra fidem Christi repugnantia, Paullus I. Cor. IV, 9. 10. seq. restatur: *δοῦλος γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν τοὺς αποστόλους, ἐχάλεψεν ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανάτους, κατ.* *Deum puto nos ultimos apostolos, spectandos proposuisse, ut morti addicatos, cet. Et v. 13. ως περιναθέσθαι τῷ κόσμῳ ἐγενήθημεν, πάντων περιψήφισμα ἔως ἄρτι, ταμquam pārgamenta mundi faeli sumus, & tamquam omnium ramentum hoc usque.* En furem! en odia Vatiniana longe excedentia! Aliud quid qui a mundo exspectant, nondum satis crucis mysterium edocti sunt. Quod egregie innuit magnus LUTHERVS in epistola ad Spalatinum, ex eremo missa, vbi Erasmus, inquit, acognitione gratie longinquum esse video, qui non ad crucem; sed ad pacem spectet in omnibus scriptis. Hinc omnia putat ciuiliter & benevolentia quadam humanitatis trahenda gerendaque. Sed hanc non curat behemoth, neque hinc quisquam se se emendat, cet. confer ver. PRAESIDIS animaduersiones historico-theol. de Patmo Lutheri §. 27. pag. 29. vbi ex historia reformationis adlata nostris dictis lucem adferunt insignem. Quare cum tam insuperabilis hic vincenda sit naturæ humanae contumacia, nonne tantum fidei accensio Dei opus censendum est, quod magnitudine sua reliqua opera diuina facile superat? Sola voce *¶¶¶ fiat omnia* produxit Deus. Gen. I, 3 seq. Iuuenem in ciuitate Nain, præmatura morte e-reptum rebus humanis, itidem vel vrico verbo vita & matri reddebar optimus seruator, immo ad unum omnes in die extremi iudicii ita restituet. At gentis iudaicæ refractarias fidei mentes integro aliquot annorum tractu, efficacissimis concionibus, innumeris miraculis, oppugnatæ, minima ex parte fibi

subincere potuit, immo eo magis his omnibus irritabantur, ut temperare sibi non possent, quin tamdem eum morti tradarent generis turpisissimi. Tantum furem, tam profundam peruvicaciam, dum Deus, in producendo fidei negotio, coeret, deprimit & expellit, vt immanissimi leones euadant agni mansuetissimi: id quod exemplo ipsius Pauli omnium optimae constat; quantum hinc infinitæ potentiae opus vera & diuinitus excitata fides esse debet? Accedit, quod in hoc negotio, tantis inuoluto difficultibus, omnia ita sint temperanda & disponenda, vt, licet immensa hic requiratur potentia diuina; neutiquam tamen aliquid libero hominis animo detrahatur. Summa ergo hic concurrunt sapientia, summus amor, potentia summa. Hinc apostolus, sanctissimo incensus stupore, exclamat: ὥβάθθωλάττα, καὶ σοφίας, καὶ γνώσεως θεός. ad Rom. XI, 33.

§. V.

Omnem vero ingenii vim infinitis superat exceditque modis pretiosissimum atque illustrissimum fidei fundamentum. * Ad condendum hominem vnicum sufficiat verbum; at vt homo, fide in ipso accensa, restituatur, vni genitum Deus impendebat filium, ** & quidem modo longe stupendissimo, nullaque complectendo cogitatione.

* Vid. Ef. XXVIII, 16. col. I. Pet. II, 6. idcirco ita ait Dominus Iehouah: ecce ego fundementum posui in Zione lapidem: lapidem probationis, angularem, pretiosam, fundationem fundatissimam, conf. I. Cor. III, II. Θεμέλιον γὰρ ἦλθον γέδειον δίβαται θεῖαι πατέρες τὸν καίμανον, δε ἐτινά ίητος δικτός. Huc quoque faciunt ea testimonia, in quibus dicitur, quod pater credentes συνέζωστοι καὶ συνήγειρε cet. item quando Christus caput corporis mystici audit Epb. IV, 15. 16. Col. II, 19. cet.

** Summum hoc opus ipsum filium rapit in admiracionem

nem stuporemque, vt exclamat: οὐτω γάρ ἡγάπησεν ὁ Θεός τὸν κόσμον, ὅτε τὸν οὐνόν αὐτὸν τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ ωιτεύων εἰς ἀνὴρ, μη ἀπόλητος, ἀλλ' ἔχῃ ἔων τινάνιον, Io. III, 16. quo tendit igitur stupendus hic amor? vt credas habeasque vitam eternam. Non incommodo hoc traho verba LV THERI tom. I. Alt. fol. 298. b. steig durch Christus Herz zu GOTTES Hertz und siehe, daß Christus die Liebe dir nicht herte mögen erzeigen, wenn es Gott nicht herte gewolt in ewiger Liebe haben. Da wirstu finden das göttliche gute Vater-Herz und wie Christus sagt, also durch Christum zum Vater gezogen, da wirstu verstehen den Spruch Christi: also hat Gott die Welt geliebet. cet. da kan der Glaube und Znverficht denn bestehen, und ist der Mensch also warhaftig neu in Gott geboren. Hinc non mirum, quod angeli in ista ἐπιθυμίᾳ την παρακαλέσαι. I. Petr. I, 12. confer. ad Rom. V, 8. & c. VIII, 32. Plura hic addere non opus est, quem res ipsa loquatur, omnium operum hoc maximum esse. confer b. MACARIVM homil. XV. §. 43. sequ.

§. VI.

Scilicet iungitur hic incomprehensibile comprehensibili, infinitum finito, diuina natura filii Dei naturæ humanae, ita ut non tantum Deus sit homo, & homo sit Deus, unione personali & inseparabili duarum & diversissimarum naturarum diuinæ & humanae; sed etiam filius Dei Immanuel, θεόνθεοπότης, omnem suæ Deitatis plenitudinem, omnipotentiæ que suæ opera non aliter erga genus humanum exserat, exercet, edat, perficiatque nisi per suam adsumtam humanam naturam.*

* Sunt verba L. NICOLAI SELNECCERI in prefat. ad libellum CHEMNITII de diabibus naturis in Christo. En hic ὕμολογημένως μέγα τὸ τῆς ἐνσεβίας μυστήριον, Deum manifestum in carne. Quorsum vero tam stupenda, quorsum tam inaudita? eo, vt maxime miremur, quod adsumta Filii Dei natura

tura fons, via & porta aperta existat, per quam, ad restituendam & viuificantam aegram carnem humanam, diuina in nos defluenter bona. Hanc in rem vnxit filium pater oleo gaudii prae consortibus eius. *Psal.* XLV, 8. immo ἐν τῷ μέλει δίδωσιν ipsi τῷ πνεύμα, *Ivan.* III, 34. ut mira hac ratione in adsumta carne immeumsum omnium donorum spiritualium mare miseris mortalibus aperiretur. Innuit hoc Paullus ad *Eph.* I, 3. ubi patri Iesu Christi debitas persoluit gratias, quod sit, ὁ εὐλογητας ἥμας ἐν πάντῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ ἐν Τοῖς ἐπιστολαῖς ἐν χειρὶ qui benedixit nobis omni benedictione spirituali in Christo item ad *Col.* I, 19. ὅτι ἐν αὐτῷ εὑδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα παλαιῶσα nec non *Ivan.* I, 16. ἐν τῷ πληρώματι αὐτοῦ ἡρεις πάντες ἐλάθουσιν, καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Quæ hic dicenda, ita exprimit b. MART. CHMNITIVS in libello de duabus naturis in Christo cap. XI. pag. 52. b. *Filius Dei omnia beneficia ac bona sua in adsumtam naturam tota plenitudine disposuit, ut inde quia cognata nobis est, ad nos, qui fratres sumus, deruentur, tamquam ex capite in membra cognata.* Inter quæ bona quum vera fides, tamquam vita spiritualis, primum teneat locum, nonne summum hinc fides Dei opus, quum ex tam stupendo promaneat aliueo? Merentur euolui, quæ hac de re edisserit b. M A C A R I V S homil. IV. §. 9. sequ. & modo citati CHE MNITII libellus cap. XXXI, per totum, ubi ostenditur, quam dulces consolationes veteres inde sumant, quod viuificantio & instauratio naturæ humanæ innobis, ex carne & per carnem Christi, quæ nobis cognata est, nobis communicetur & immittatur.

§. VII.

Immo vniogenitus hicce filius Dei, verus Deus & verus homo, morti * traditur, eiusque sanguis diuinissimus** in λότροι ad redimendos viuificantosque miseros mortales consecratur. Quocirca quum huius demum mortis, resurrectionis & ascensionis εἰργέται fides produci possit,
quis

quis eam omnibus aliis operibus anteponendam esse negare velit?

* Etenim hac ratione Deus, horrendum in modum per peccatum Iesus, demum erat reconciliandus. Id quod basin atque fundamentum totius fidei operis esse, facile perspicis. Nam in animo, cum ipso nondum expiato, sanctissimus ille, vi iustitiae suæ immense operari nequit, multo minus fidem vitamque excitare spiritualem: ut pluribus exponit b. 10. HENR. MAIVS in *exercitationibus* tom. II, pag. 367. At per mortem vngeneri filii, eiusque infinitum λύτρον, quum sit platus abundantissime, τὸν παραχθὲν πᾶσων, fidem exhibet omnibus, διασήμας δύναται εἰς νεκρῶν, postquam resuscitauit eum, filium, ex mortuis, teste Paullo Ad. XVII, 31. Idem quoque innuit Petrus I. ep. I, 3. *gratias agens Deo, nos esse regenitos*, quod sit per fidei productionem; quis vero fons tanti operis? respondet apostolus, *per resurrectionem Iesu Christi*. Et v. 21. id confirmat: *qui per eum, nempe Christum, creditis in Deum, qui suscitauit eum ex mortuis & gloriam ei dedit, ut fides ac spes vera in Deo esset*. Ex quibus fatis constare posse arbitror, fidem effulgere nobis ex vulneribus Christi, eiusque crucem esse beatissimam illam radicem arboremque, ex qualitatissima fidei viteque spiritualis seges efflorescit. Iuuat hic audire beatum patrem nostrum LUTHERVM tom. I. Alt. fol. 415. b. der Glaube muss aus dem Blute, Wunden und Sterben Christi quellen und fließen, in welchem du siehest, daß dir Gott so hold ist, daß er auch seinen Sohn für dich giebet, muß dein Herzze Fuß, und Gott wiederum hold werden, und also die Zuversicht aus lauter Gunst und Liebe erwachsen Gottes gegen dir, und deiner gegen Gott. Eamdem quoque fidei scaturiginem haud obscure detegit Paulus ad Ebr. X, 19. seq. Quum habeamus libertatem in-grediendi sacrarum per sanguinem Iesu, cet. accedamus in ple-rophoria fidei cet. Quem locum egregie in succum sanguinemque conuertit, vir summis, in vniuersa ecclesia nostra ex-

H

stanti-

stantibus, meritis clarus b. AVGVSTVS HERM. FRANCKIVS
in lectionibus paræneticis, parte II. lect. XII. pag. 241. seq. Addamus
 verba Petri Act. II, 33. itaque dextra Dei sursum sublatus Christus,
 & promissum spiritum sanctum adeptus a patre, effudit hoc, quod
 vos nunc cernitis & auditis. Cuius effusionis cardo quum in
 accendenda fide vertatur, facile, qua ratione ad scensionem
 Christi fidei fontem constitutimus, patere potest. Hæc omnia
 vero, qui æqua pensauerit animi lance, non potest non sum-
 ma perfundi admiratione sanctoque accensus stupore exclamare, se in fide operum diuinorum inuenisse omnium maxi-
 mum. Occurrit hic nobis eximius, qui hoc facit, LVTHERI
 locus tom. III. Ien. germ. fol. 182. 183. *Es ist auf Erden noch nie unmögliches, verzweifelter Dinge gehört worden, noch gesehen, denn daß ein sterbender Mensch sollte nicht allein lebendig, sondern auch Herr und Aushilfer des Todes, und aller Todten Auferwecker seyn, daß der Todt solt unter den kommen, den er tödter, und wieder von ihm getötet werden, und so fort in allen andern Stücken, die etiel unausprechliche Wunder sind: aber wir sind es gewohns täglich zu hören, darum wundern wir uns des nicht mehr, denn wir bedenkens nicht, glaubens auch nicht mit Ernst, sonst würden wir uns des ohn Unterlass wundern, cet.*

** Egregie hæc nobis inculcat Petrus; I. ep. I. 18. 19. *Sci-
 entes, vos non corrupcibilis rebus, argento vel auro fluiss re-
 demtos, sed pretioso sanguine, viptote agni inculpati & incontami-
 nati, nempe Christi. Meretur hic conferri IO. FRANC. BVD-
 DEI meditatio de sanguine fæderis, quæ exstat in meditationi-
 bus sacris coniunctim editis pag. 18.*

§. VIII.

Nec hic omittendum, ad illuſtrissimum fidei funda-
 mentum quam maxime pertinere, vnigenitum Patris filii-
 um relicto caelesti throno, ipsum in fide vixi-
 se, * inque ea mortuum & passum, ** addo iustifica-
 tum

tum *** & resuscitatum **** fuisse. Qua stupenda ratione, dum nobis fides adquirenda erat, fideli primas inter reliqua opera diuina vindicare nullus dubito.

* Id Paullus ad Ebr. II, 13. aperte testatur, vbi ipsius seruatoris hac de re confessionem producit: ἐγώ ἔσωμαι τεποθάς εἰς αὐτῷ, ego fregi ero ipso. conf. Es. VIII, 17. 18. exspectabo domini num, qui abscondit faciem suam a domo Iacobi & praefolabor ei. cet. Quibus verbis pricipuam fidei partem, fiduciam, designari, quilibet vel me non monente, intelligit. Quando vero statim additur: Ecce ego & nati, quos mihi Iehoua in signa & in ostenta dedit. cet. admiranda huius fidei, cui filium Dei subiectum cernimus, natura nobis exponitur. Nimurum se non tantum in tot tantisque pro paranda salute humana subeundis, calamitatibus, plenissima cordis fiducia, patris sui fide auxilio que nisi; sed & vi promissionum paternarum certo sibi persuasum esse, neutiquam sanguineos sudores fore irritos inanesque, quin potius miseris mortalibus saluti cessuros. Quam fidei lucram ipse Messias nobis describit. Es. XLIX, 4. & ego dixi, in cassum laborau, & frustra ac iniutiliter vires meas consumsi: verumtamen iudicium meum est apud dominum & merces operum meorum apud Deum meum, cet. Quo ipso illustrissimum iis, qui insigne illud, quod filius Dei in terra ges fit, munus, exemplum reliquit, fidem requiri ad destruendum satanæ regnum, eamque puppim proramque esse in lucrando hominum animis. Id quod pluribus grauissime inculcat b. AVGVSTVS HERMANNVS FRANCKIVS in led. paræn. parte II. lect. XIII. pag. 272. Plura si desideras de fide ipsius seruatoris testimonia, obvia expositaque sunt in vaticiniis Dauidicis e. gr. Psal. XXXI, 1. seq. XXII. 10. II. LXXI, 1. seq. & alibi. Ceterum sicuti optimus humani generis redemptor, spiritu sancto, qui est spiritus fidei, absque omni mensura, vincens erat: ita & eundem omnes homines sanctosque fidei in Deum superasse, quis non videt? Idque haud ob-

scure totius vitæ Christi cursus ob oculos ponit. Destitutus licet esset omni rerum externarum affluentia, tantaque premeretur penuria, *vt vbi caput reclinet, ne haberet, quidem vid.* Matth. VIII, 20. sed contra totius inferni, diaboli, omniumque fere hominum furori inauditeaque petulantiae exponeatur, immo ipsius patris durissimis ire telis contereretur; neutiquam tamen fidem depositum, sed inuicta fiducia Patrem usque ad mortem crucis prosequitur est. Ad quem fidei præclarissimæ habitum, multis precibus lacrimisque peruenisse summum hunc sacerdotem, erecto quasi digito ostendit Paulus Ebr. V, 7. 8. *in diebus, dicens, carnis suæ deprecationes & supplicationes obtulit cum clamore valido & lacrimis apud eum, qui poterat ipsum seruare a morte & exaudiens precibus liberatus ex metu.* *Quamuis filius esset, tamen ex iis, que passus est, didicit obedientiam.*

** Ipsa historiæ passionis documenta id satis edocent, virum fæcē pœnitentiale adflictissimum salutis humanæ reparatorem in exercitio fidei. Etsi horribilis illa tremendaque in oliveto cum æterna morte luctatio, animam corpusque stupendum in modum concuteret & confringeret, filialem nihilominus fiduciam retinuit, qua inter medios summi doloris fluctus, inter medios grauissima tentationis æstus, patrem excusculatur dulcisima illa compellatione : *πάτερ μα, pater mi,* Matth. XXVI, 42. conf. 10. IAC. RAMBACHII exeget. vnd mor. *Betrachtungen über das innerliche Leyden Christi im Oelgarten medit.* V. pag. 60. Eadem fidei constantia turpisimæ mortis opprobrium sustinuisse seruatorem, satis euincit fiducialis adpellatio : *Θεέ μα, Θεέ μα, ivāτι μα ἐγνατέλωπες;* *Deus mi Deus mi ! cur me de reliquisti.* Idem confirmat ultimus clamor : *pater commendo spiritum meum in manus tuas,* Luc. XXIII, 46. Ad haec ita RIVETVS tom. II. oper. theol. pag. 102. ostendit iisdem verbis fiduciam & amorem in ipso agone & sensu derelictionis, in quo certamine non succumbit, neque enim

Deum

Deum suum adpellaret, in quem non confideret. Quæ omnia, Christum fide superasse passiones ipsamque mortem, hacque ratione in fide mortuum esse,clare & perspicue euincunt. Hisce vero saluator nobis factus est τῆς πίστεως ἀρχηγὸς καὶ τελεωτὴς, Ebr. XII, 2. dum non modo expiata hac ratione nostra απίστα fidem nobis promeruit; sed & illustrissimum fidei in semetipso reliquit exemplum. conf. IOAN. HOEPFNERI disp. de desertione Iesu Christi in cruce sect. III. qu. 2.

*** Pertinet hoc ad ὁμολογουμένας μέγα τὸ τῆς ἐυτεθείας μυστήριον Θεός ἐφανερώθη ἐν σαρco, ἐδικασθεότη ἐν πνεύματi, Deus iustificatus in spiritu. I. Tim. III, 16. Scio equidem, alios aliter hic sentire; sed omnia melius sibi constant, si a consueta huius vocis significacione, quæ est forensis, non recedatur. Quemadmodum Christus πρεσβύτερον εανὶν ἄμωμον τῷ Θεῷ διὰ πνεύματi διωκει, seipsum obtulit inculpatum per aeternum spiritum, Ebr. X, 14. per quem simplicissime æterna eius diuinitas intelligi potest, vide b. PHIL. IACOBI SPENERI Zeugniß von der ewigen Gotttheit Christi pag. 420. 541. ita & per hanc & in hac iustus in iudicio diuino declaratus est, quum immensum illud, quod requirebatur, patri pro totius orbis peccatis, obtulit λύτρον. Ceterum in fidei agone constitutum, seruato rem reportasse hanc inauditam iustificationem, ipse fatetur Ef. L, 6. sequ. corpus meum, inquit, expono percussoribus. cert. fistitur hicce nobis Mesias in acerbissimis illis adflictionibus, quibus perfusum mersumque se deprehendebat, quum pater eum ὑπὲ καὶ ἀμάρτιαν faceret, eumque morti & iræ grauisimæ exponeret. Tantis in angustiis fiduciam collocat maximam in patris amore & iustitia, firmiter credens, patrem adquieturum esse in tanto, quod filius unigenitus præstat, redemtionis pretio, eumque per resuscitationem ex mortuis, tamquam euidentissimum documentum, contestaturum esse, filium satisfecisse infinitæ iustitiae, pro peccatis totius mundi ipsi, tamquam immaculato agno, impositis: quod fidei certamen,

men, exoptatissimumque euentum ita in citato capite v. 8. exprimit: קְרֻב מֵצְרוֹק מִירָירֶב אֲרַי נְעַמֶּה יְחַר מֵי בָּעֵל מִשְׁפְּטֵי propinguus est, qui iustificat me, quis contendat mecum? consistamus una: quis experiatur iure contra me? accedat ad me. En dominus auxiliaturus est mihi, quis est ille, qui me condemnabit? cet. Quam fidei victoriā filii Dei quum Paullus iisdem verbis ad Rom. VIII, 33. 34. τίς ἐγκαλεῖται καὶ ἐπιλεκτῶν θεῶν; Θεὸς ὁ δικαιῶν. τίς ὁ παταρεύων, cet. credentibus adplicet, satis clare ostendit, ex fonte hoc abundantissimo fidem profluere in humanas mentes. Merito hinc cum ipso salvatore tantum admiramur opus sanctoq[ue] perfusi stupore, exclamamus: Psalm. XL, 6. רְבָות־עֲשָׂתָה אֲתָה יְהוָה אֱלֹהֵינוּ כְּפָלָתְךָ cet. multa fecisti tuo Iehoua mirabilia erga nos nulla est comparatio, ut indicem aut eloquar ea: plura namque & maiora sunt, quam ut enarrari possint.

**** Sufficiat hic nobis Psal. XVI, 5. sequ. Iehoua portio prædiū mei. cet. propono mihi Iehouam iugiter, quia a dextra mea est, non dimonebor. Idcirco letatur animus meus, & exultat gloria mea: etiam caro mea habitat secure: quia non es derelicturus animam meam in sepulcro. cet. Postflunt de his omnibus euolui THOMAE GOODWINI geistreiche Schriften & quidem in triumpho fidei sect. I. cap. I. pag. 6. sequ.

§. IX.

Stupenda hinc * in vere credentes fluunt beneficia, summæque, quæ fide iis contingunt, dignitates. Quæ omnia, quum in commonstrando fidei opere, omnium excellentissimo, vtramque faciunt paginam, opera pretium me facturum arbitror, si potiora paucis enumerem. Initium faciam, ab intima, eaque ineffabili, filii Dei cum fidelibus vnitione. **

* Neg

* Nec id mirum. Merito enim cum Paullo ad Rom. VIII, 32, argumentamur: *si proprio filio non pepercit; sed pro nobis omnibus eum tradidit, quomodo non omnia etiam cum eo nobis gratificabitur?*

** Vt homo iis omnibus, qui ex tam' illustri redemptoris fonte redundant, thesauris fruatur, intime cum Christo vnitur. Num vero hoc leuis momenti opus esse putas? considera quofo, animoque volue, qualis quantusque sit ille, cui homo mortalis, peccato, tamquam foecissima lue, infectus, paluis & humus, tanto coniunctionis vinculo iungitur. Est *filius unigenitus*, ὁ ἦς τὸν κόλπον τῆς πατέρος. Io. I, 18. quem constituit heredem omnium, teste Paullo Ebr. I, 2. per quem etiam mundum condidit: quin est idem immensus & infinitus Deus. Hic in arctissimam tenerrimamque recipit miseros mortales societatem, vt si scriptura effata, quæ hanc describunt, consulas, singulare quoddam atque præcipuum hoc Dei opus esse, non diu possis hæsitare. Etenim sicuti palmites viti cernis adeo infertos esse, vt in vnam coalefcant stirpem; sic tantam quoque inter Christum & fideles intercedere coniunctionem, ipse optimus seruator Ioan. XV, 1. sequ. clarissimis edocuit. Quod intimum Christi cum anima commercium Paullus I. Cor. VI, 7. ita exprimit: ὁ δὲ πολλών μεγάλων πάσης τινα πενιάς εἶ, qui vero adglutinatur Domino, unus cum eo spiritus est. Conferri potest ad locum Ioan. XV, 1. AMBROSI WIRTHII tract. die vier E uangelisten mit Frag und Antwort, pag. 675. & THOMAE GOODWINI geistreiche Schriften pag. 591. Plura in promtu sunt loca, quæ stupendum hoc vinculum egregie ob oculos ponunt. Pertinent hic dicta ad Eph. IV, 15. 16. Col. II, 19. ubi arctissimus ille, quo caput corpori adligatur, nexus, ad intimam hancce, quæ est inter seruatorem & fideles, coniunctionem, declarandam, adhibetur. Qua connexione nihil esse arctius, nihil intimius, constat abundanter. Quid igitur.

igitur miraris, si vere credentes adeo capiti suo copulatos constrictosque vides, ut nihil sit in cælo, in terra nihil, quod arctissimum hocce vinculum disrumpere valeat. Id quod Paullum mouit, ut magno triumphans gaudio, clarissima voce profiteretur *Rom. VIII, 35.* Τίς ἡμᾶς χωρίς ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ, κετ. *quis nos separabit ab amore Christi,* cet. Et v. 38, 39. *persuasum mihi est, neque mortem, neque vitam,* cet. *posse nos separare, ab amore Dei, qui est in Christo Iesu dominino nostro, conf.* *Cant. VIII, 6.* *impose me ut sigillum animo tuo, ut sigillum brachio tuo, nam fortis es, ut mors, amor.* cet. Nec silentio inuoluendus singularis ille locus *Ioan. VI, 56.* *qui edit carnem meam & bibt sanguinem meum, in me manet & ego in eo.* Quid aliud ardentissimus generis humani amator hisce indicare voluit, nisi insignem & plane stupendam esse inter ipsum eiusque discipulos concatenationem, cuius imaginem vmbraque præ se fert, præclarus ille, qui inter cibum corpusque inuenitur, nexus, quem in rerum natura summum esse, neminem fugit. Adde his *Gal. III, 17.* *Quicumque in Christum baptizati estis, Christum induitis.* Sed his immorari fusi non licet, quum sole clarius meridiano ex his adpareat, inauditus, & nulla mente adsequendum, esse hoc vinculum. Id quod quum vera & a Deo accensa efficiat paratque fides, quis eam eximium prorsus Dei opus esse, negare ausit? Possunt conferri, qui breuius mirabillem hanc describunt vnitatem, vener. abbas IOACHIM IVSTVS BREITHAVPT in *instit. theol.* tom. II. pag. 287. &c. HENR. MULLERVS in *himmlischen Liebes-Kuß* cap. XI. pag. 9 seq. & qui fusi id facit MART. STAVIS in *Lutheroreduinio* lib. I. cap. XIII. per totum.

§. X.

Ex intima hac vnitione resultat summa meritorum Christi omnium communio & ineffabilis participatio, qua

qua Deus pater vere credenti mortis & resurrectionis filii fructus adeo tribuit & adiudicat, vt ipse homo quasi mortuus pro peccatis, * immo resuscitatus ad vitam gloriamque, in iudicio diuino respiciatur.

* Id iam innuit *Esaias* cap. LIII, 4. אַכְלִינָהוּ נְשָׁא מִכְאָבִינוּ סְבִלָם profecto morbos nostros ipse Messias, (vide *Matth.* VIII, 17. *Act.* VIII, 32. I. *Pet.* II, 24.) portauit & dolores nostros infar baiulonus, tulit. Etv. 6. וַיֹּרֶה הָגִיעַ בָּן אֶת שָׁעַן כָּלֹנוּ *Iehoua*tom. VI. Alt. pag. 357. exstat, nec non sigillatim prodiit cum præfatione beati AVGVSTI HERM. FRANCKII pag. 26. darum soll man füremlich das Wort unser Kranckheit, und unser Schmertzen wohl einbilden: denn durch das Wort unser wird uns das selige heilsame Leiden Christi zugerechnet und mitgeheilet, ia es wird so gar unser eigen, als hätten wirs selbst erworbien. cet. & pag. 39. ein Christ, (so er in seinem rechten Christenthum steht, zwischen Gott und ihm allein) soll weder von irgend einer Sünde noch Verdienst bey ihm selbst wissen, gleich als ob er in einer andern neuen Welt lebte und ob er schon Sünde fühlet, so soll er sie nicht in ihm selbst ansehen, sondern in der Person, auf welche sie gelegt sind von Gott, das ist, daß er sie ansche, nicht für Sünde, die in seinem Gewissen stecken und auf seinem Halse liegen, sondern daß er sie also achte und richte, wie sie in Christo sind, nemlich überwunden. cet. also müß ein Christ lernen, daß sein Hertz und Gewissen, rein bleibe von allen Sünden und daß selbe bekommt er durch nichts anders als durch den Glauben. cet. Idem confirmat Paullus II. Cor. V, 15. οὐναντες τόπον, ὅτι εἰ εἰς υἱούς ωντων ἀπέσταντες, ἔτη οι ωντες ἀπέσταντον. & ad Rom. VI, 3. 4. haec creditibus in Christum Romanis specialius vindicat: ὅστις εἰς οὐδὲν οὐδην εἴς χρεῖον ἵντειν, εἴς τὸν Θάνατον αὐτὸς εἰς οὐδὲν οὐδην; Συνε τούτοις αὐτῷ διὰ τὴν θεωρίσματα ἐτοῦτον θάνατον, nos quicunque bapti-

baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus. Consepulti sumus ei per baptismum in mortem. Et v. 5. σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὄμοιώματι τῷ θανάτῳ αὐτῷ, cum eo plantati coailimus ad similationē mortis eius, item v. 8. quod si commortui sumus Christo cetero. Adde Gal. II, 20. καὶ τὸ σωτηρεύομενον. Quæ dicta nihil aliud dicunt, quam ita nos meritorum Christi per fidem participes reddi, ut nos quasi crucifixi, mortui & sepulti propter peccata in iudicio diuino speceatur.

** Edocent hoc effata Pauli Col. II, 12. c. IN, 1. Rom. VI, 5. & Eph. II, 5. 6. συνζωοποίησε τῷ Χριστῷ. Καὶ συνήγει, ἡ συνενάθετον ἐν Ιοἱ ἐπαγγελίοις ἐν Χριστῷ ἡσθ. Deus una viuiscavit cum Christo, unaque suscitauit, unaque collocauit in celis in Christo Iesu. O ineffabilem communionem! o rem omnium maxime admirabilem! eos, qui quotidie morti traduntur II. Cor. IV, 11. iam viuiscatos esse, & in ipsa morte viuere, vt iipso seruator ait Ioan. XI, 25. Εγώ εἰμι ἡ αὐδαστός καὶ ἡ ζωὴ ὁ ωιτεννός εἰς εἶμε, καὶ ἀποθάνητος οὐχέται. Fides igitur tantum quum producat miraculum, illam inter omnia opera præclarissimum esse Dei factum, nullum superesse video dubium. Conferri de his meretur b. AUGUST.

HERM. FRANCKIVS in Sendschreiben an einige christliche Freunde von Christo für uns.

§. XI.

At multum nostra refert, eas, quæ per fidem ex tanto salutis reparatore, Immanuele & Θεανθρώπῳ redundant in vere credentes, dignitates paulo accuratius considerari atque sigillatim. Proinde singularis & eximius est fidelium splendor, quod ipsa ipsius filii Dei immensa & infinita iustitia exornentur & quasi collustrentur.*

* Iuuat hac de re audire b. IOAN. ARNDIVM in vero christianismo lib. II. c. III. dies ist der höchste unausdenkliche und unaussprechliche Trost, daß unsre Gerechtigkeit nicht eines großen Herren, nicht eines Engels, sondern Christi (Gottes) Gerechtigkeit, Gott ist sie, der gerecht macht. Item das ist eine so große Gerechtigkeit, daß sie kein Mensch ausdenken kann, so groß als Gott selbst.

selbst. Diese Gerechtigkeit ist viel grüßer, denn die uns Adam heite können anerben, wenn er schon nicht gefallen, sondern in der Vnschuld blieben wäre. Denn er ist mehr denn 1000 Adam in seiner Vnschuld. Summa unser Gerechtigkeit in Christo ist so groß, als Gott selbst, daß wir sie in Ewigkeit nicht ergründen können, so wenig als Gott, darüber alle creaturen erstaunen und wider den Menschen nichts aufbringen können, sondern sagen müssen: wer wil den Menschen verdammen, ist doch Gottes Sohn selbst seine Gerechtigkeit. Idem vates diuinus clarissimis confirmat, *ler. XXIII.*, 6. dum domus Iehoua, inquit, immensus & incomprehensibilis Deus, est צְדָקָנוּ iustitia nostra. Hinc a Paullo ad Rom. V, 17. τεργιστείαῆς οὐρανὸς ἡνὶ δικαιούμενος vocatur. Nec immerito locus *Ez. XLV, 8.* huc refertur: הריעפ שמיים ממעל ושהקם זולו צַדְקָה rorate celi desuper & nubes stellent iustitiam. Quid de regno suo Messias, ad quod, ceu in nouum, eumque illustrissimum, orbem homines inuitat, hic nobis prædicet, constare potest ex verbis b. LUTHERI in postilla eccles. p. 320. wir sollen Christi Reich also ansehen, als ein schön großes Gewölbe oder eine Decke allenthalben über uns gezogen, so uns decket und schützet vor Gottes Zorn, in als einen großen weiten Himmel, da eitel Gnade und Vergebung leuchtet, und die Welt, und alle Dinge voll macht, daß alle Sunde dagegen kaum als ein Füncklein seyn, gegen dem großen weiten Meere, und ob sie gleich drückter, dennoch nicht schaden kan, sondern vor der Gnade zerstieben und zergehen muß. Ex tanto iustitiae mari fluit summa peccatorum remissionis certitudo, qua perfusus vere credens, viator de conscientiae terroribus & accusationibus satanæ, cum Paullo triumphum agit: τίς σὺν αλέσαι καὶ ἐκλεπτὸν θέῃ; Θεὸς ὁ δικαιῶν. Rom. VIII, 33. 34. Fide vero reportari tantam gloriam, vide Phil. III, 9. Rom. I, 17. δικαιωσύνη θέῃ ἐν ἀντῷ ἀποκαλύπτεται ἐν πίστεως εἰς πίστων. Per quem Paulli locum b. LUTHERVS post multos sudores, angores, tremores, longasque cum lege & conscientia luctationes, ad beatam euangelii lucem se easisse fatetur: *Hic me, inquit, prorsus renatum esse sensi & apertis portis in ipsum paradisum intrasse, - ita mibi iste locus Paulli fuit vera porta paradisi, in praefat.*

fat. tom. I. Ien. lat. Quanta & ex his fidei præ reliquis operibus diuinis sit tribuenda prærogatiua, in aprico esse existimo, si expendatur, Deum vnigeniti filii iustitia eos conuestire & exornare, qui suamet culpa facti sunt ταλάντωσι καὶ ἐλεεινός, καὶ πτώχοι καὶ γυμνοί. *Apos. III, 17.* At his inharere non licet.

§. XII.

Hinc statim deriuatur noua & incomparabilis dignitas, ex qua, quantum sit fides Dei opus, censeri potest. Videelicet dum illi, qui natura sunt filii iræ, ratione quadam specialiori* pro filiis Dei reputantur & adoptantur; quo honore maior haud cogitari potest. **

* Euincit hoc fundamentum illustrissimæ huius adoptionis, quod est infinitæ Christi, filii Dei, iustitiae imputatio. Qua induiti, quum accedant ad maiestatis diuinæ thronum, quis dubitet, eos tenerimis amplexibus recipi in simum paternum, affectuque nullis verbis exprimendo? Accedit, quod pluribus statim indicabitur, eos ob adsumtam filii carnem ut *fratres & sponsas Christi* spectari, hinc anima fidelis dulcissimo filiæ nomine a patre compellatur, *Psal. XLV, 11.* & a filio suauissimo sororis titulo honoratur *Cant. V, 1. 2.* Quæ nobis, tamquam per speculum, ostendunt, quam insigni gaudeant vere credentes, præ ipsis angelis παρηγότα, quantoque adoptionis beneficio; quum illi tam præclaris desituantur prærogatiuis. Egregie, at ἐν αὐτῷ γαλι, litteræ celestes nobis exhibent summam amoris paterni, hinc erga fideles fluentis, magnitudinem. Vnicus sufficiat locus *Ivan. XVII, 26.* Ἰα ἡ ἀγάπη, ἣν ἵγαντος οὐ με, ἐν αὐτῷ εἰ, οὐδὲ γὰρ ἐν αὐτῷ, *vt amor quo dilexisti me, si in eis & ego in te.* O stupendum vinculum! quod dum fide, vt in aprico est, efficiat Christus, quis eidem primas deberi inter opera Dei dubitare potest?

** Id res ipsa loquitur. Etenim si eo, qui celum terraque condidit & adhuc seruat, licet patre frui & quidem tam singulari, vti dictum, ratione, quid me adfligere, quid etiam decesse mihi potest? scriptor Joannes exclamat: *id est πολατήν*

πν̄ ἀγάπην δέδωκεν ἡμῖν ὁ πατήρ, ἵνα τέκνα θεοῦ κληθῶμεν, I. Ioan. III, 1. Qui infinitus amor in primis eluceat, si summa hæc dignitas cum infinita nostra miseria contendatur, dum iis, qui omnibus iræ diuinæ telis ob tot tantaque peccata subiiciendi essent, tantus offertur honor.

S. XIII.

Amplissima porro censenda est dignitas, illis, quos fœdissima diaboli imago misere deformauerat,* per fidem non modo imaginem Dei reddi,** sed & eosdem ipsi filio vnigenito, tamquam carissimas sponsas desponderi.*** Qua ratione, quum fideles amplissimos concendent dignitatis gradus, fidem profecto ceteris operibus diuinis palmam præripere, nulla sub iudice lis est.

* Exuta imagine diuina serpentis horribilem adsumit homo imaginem. Quod etsi dictu sit horrendum; neutiquam tamen silentio inuolui potest. Idem exprobrat seruator pharisæis Ioan. VIII, 44. ὑμεῖς ἐν πατέρος τῷ διαβόλῳ ἔστε, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τῷ πατέρος ἡμῶν Θεῷ εἰς ποιεῖτε & v. 41, ὑμεῖς ποιεῖτε τὰ ἔργα τῷ πατέρος ὑμῶν, ex quibus simul natura imaginis diabolica constare potest. Pluribus hoc exponit b. IOAN. ARNDIVS de vero christianismo lib. I. cap. II.

** Quantum hæc amissæ imaginis Dei restitutio opus dñinæ potentiae & amoris sit, partim ex iis, quæ cap. II. §. 7. 8. de intima naturæ humanæ corruptione diximus, partim ex ipsa imaginis diuinæ natura & indole constare potest, de qua vide b. IOAN. PORSTII theolog. viatorum practicam, part. I. lib. III. medit. XXXIII. pag. 465. seq. Vnicum addamus ad tantam rem brevibus delibandam locum, II. Pet. I, 4. vbi reparationem diuinæ imaginis in animis credentium ita exprimit apostolus: ἵνα διὰ τέτταν γένοντες θεῖας οὐνανοὶ φύσεως, ut per illas promissiones, per fidem in succum sanguinemque reddendas, statim confortes diuinæ naturæ. Quia de insigni dignitate ita edificerit b. LVTHERVS tom. II. Alt. fol. 467. a. Dīß ist ein solcher Spruch, desgleichen nicht stehtet im neuen und alten

alten Testament, wiewohl es bey den Vngläubigen ein gering Ding ist, daß wir göttlicher Natur selbst Gemeinschaft sollen haben. Was ist aber Gottes Natur? es ist ewige Wahrheit, Gerechtigkeit, Weisheit, ewig Leben, Friede und Lust, und was man gut nennen kan. Wer nun Gottes Natur theilhaftig wird, der überkomt das alles, daß er ewig leben und ewigen Frieden, Lust und Freude hat, und lauter, rein, gerecht und allmächtig ist, wider Teuffel, Sünde und Tod. cet. In tam illustrem imaginem, quum homo, abominanda satanae effigies, fide commutetur, quis hanc ceteris operibus diuinis präferendam esse, inficias ire audeat?

*** Quid sane illustrius, quid præclarius & optabilius, connubio illo cum Domino gloriae & rege regum, immo cum Deo infinito, ipsa cogitatione fingi potest? Magnum vero hocce mysterium, vti Paullo res illa stupenda *Eph.* V, 32. audit, firmissimo nititalo integrum Salomonis *canticum canticorum* liquidissime euincit. Quæ mentes profanæ, impurarum cupiditatum mancipia, temere de hoc libro effutunt, ne digna quidem recensione nostra putamus; grauiter vero tam absurdâ perstringuntur ab HERM. WITSIO miscellaneor. *sacror.* tom. I. pag. 228. Adiunge tamquam testem tam inauditærei *Psal.* XLV, qui tanti thalami fastigium egregie exponit. Ceterum fide hocce venerandum mirandumque coniugale vinculum effici, ipse dilectissimus sponsus *Hof.* II, 21, 22. declarat. *וְאַרְשָׁתְךָ לִי בָּאמֹנוֹתֶךָ desponsabo te mihi fide.* cet. Audiamus b. LUTHERVM hac de re in tractatu *de libertate christiana*, a vener. PRAESIDE edito, §. 21. pag. 12. vbi tertia, inquit, fidei gratia incomparabilis hec est, quod animam copulat cum Christo, sicut sponsam cum sposo, quo sacramento ut apostolus docet, Christus & anima efficiuntur una caro. *Quod si una caro sunt, verum inter eos matrimonium, immo omnium longe perfectissimum consummatur,* (quum humana matrimonia huius unice figuræ sint tenues) sequitur & omnia eorum communia fieri, tam bona, quam mala, ut quæcumque Christus habeat, de iis tamquam suis presumere & gloriari possit anima, & quæcumque animæ sunt, ea sibi arré-

arroget Christus tamquam sua. Adde §. 22--25. vbi beatus pater tamdem concludit: quis ergo has nuptias regales satis efficiet? quis diuinitas glorie gratiae huius comprehendat? vbi diues & pius hic sponsus Christus, ducit vxorem hanc pauperculam, impianam, mereiculam, redimens eam ab omnibus illis malis & ornans omnibus suis honis. Plura viri diuini tanto de mysterio verba exhibet vener. PRAESES in tractatu euangelisches Hausgespräch von der Erlösung pag. 202. sequ. edit. 2. quibus iunge b. IOAN. ARNDIVM, qui in vero christianismo, lib. V. c. VII, ipsa experientia edocitus egregia & dulcissima tanta de re suppeditat.

§. XIV.

Mirabilis quoque & stupenda res est, illos, qui ob summam naturae humanae corruptionem domus & domicilium impuri sunt spiritus, * fide effici templa Dei viuentis, ita ut ipse Deus triunus in eorum animis, tamquam in throno suo, regiaque fede, residere haud dedigneatur. **

* Videlicat Apoc. XVIII, 2. Luc. VIII, 12. c.XI, 21-27. Eph. II, 2. II. Cor. IV, 4. Ioan. VIII, 44.

** Ecce quantum hoc! quando Iehoūa, qui ait: *cœlum est solium meum, & terra scabellum meum*, Ef. LXVI, 1. immo, *quem cœli cœlorum non capiunt*, I. Reg. VIII, 27. angustum misereque deperditum hominis peccatus inhabitare dignatur. Τιμίον γι σκεῦθι, inquit b. MACARIUS homil. XXVI. pag. 338. ἐστιν η ἀθάνατος ψυχή ἵδε πόστοι ὁ ἔργανος καὶ η γῆ καὶ εἰς ἡνδόκησεν εἰς ἀντοῖς οὐ θεὸς εἴ μη μόνον εἰς τέ, pretiosum quoddam vas est immortalis anima. Vide quantum cœlum, & quanta terra, nec tamen delectatus est illis Deus, sed solum te. Deum vero triumnum requiescere, fedemque suam ponere velle in cordibus humanis, ipse seruator benignissimus edocet Ioan. XIV, 23. si quis diligit me, sermonem meum obseruabit, & pater meus eum diliget, καὶ τοὺς ἀντὸν ἐλευσίμεθα, καὶ μονὸν ταχές ἀντὸν ποιήσουμεν, & ad eum veniemus & apud eum habitabimus. Spiritum sanctum hic

hic non excludi ex iis, quæ statim adduntur, satis clarum est, nempe v. 26. ὁ δὲ παρέλαβεν τὸ τονεῦμα τὸ ἄγιον, ὁ ἀέρας γένεται ἐν τῷ ἀνόμῳ μου ἐκεῖνῳ ὃς ὑμᾶς διδάσκει τὸντα τὸν ὑποκυντεῖ ὑμᾶς τοντα εἴσωντες, aduocatus autem ille, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & suggesteret vobis omnia, quæ dixi vobis. Id quod non aliter, nisi per inhabitationem fieri posse, in liquido est. Confer hic *exercitationem theol. moralem de discrimine naturæ & gratie quoad facultatem recordandis seu memoriam*, sub præsidio ven. IO. FRANC. BVDDEI seq̄. III. in *missell. sac. parte III.* pag. 343. Adde loca scripturæ, quæ pluribus mirabilem hanc inhabitationem describunt II. Cor. VI, 16. Ef. LXVI, 2. col. cap. LVII, 15. Eph. III, 17. vbi speciatim de Christo adseritur, eumdem καὶ οὐκτούσι habitare per fidem in cordibus. conf. Ioan. VI, 56. c. XV, 4. Nec omitendum, litteras sacras hancce inhabitationem abstrusissimam, omnemque rationem longissime transcendentem, in primis spiritu sancto magna cum emphasi vindicare. Vide I. Cor. III, 16. & cap. VI, 19. vbi fragile folidumque hominis corpus tam inaudite dignitatis particeps esse traditur, ut templum spiritus sancti apostolo audiat. Huc quoque pertinet, quum vere credentes vñctos esse spiritu sancto diuina docent oracula, vid. I. Ioan. II, 20. & v. 27. II. Cor. I, 21. 22. confer vener. IO. FRANC. BVDDEI *dissertationem historico-theol. de origine, dignitate & usu nominis christiani* §. 21. seq. in *missell. sacr. parte I.* pag. 422. Immò quando obsignati eodem ad diem redemtionis Eph. IV, 30. dicuntur, ut hac ratione ipsum spiritum Dei arrhabonem habeant futuræ hereditatis Eph. I, 14. Quæ omnia quam egregia quam insignia sint, quis fando adsequi potest? Sed quid pluribus his immoror? Laudandus hic est MART. STATIVS in geistlicher Schatzkammer der Glaubigen lib. IV. c. I. pag. 353. qui fidelium illustres dignitates pro virili decantat. Quæ de modo miræ huius inhabitationis dici solent, vide in IO. FRANC. BVDDEI *instit. theol. moralis parte I. cap. I. sect. IV. §. 88. pag. 135.* Fide vero quum tam stupendum inter Deum trium illarum miferosque mortales consortium producatur,

tur, merito hanc inde efficio consequentiam, eam nulli diuinorum operum facile cedere.

§. XV.

Nec minoris aestimandum, illios, qui per inimicam Deo rebusque diuinis mentem hostes * existunt, fide effici amicos Dei, ** immo fratres Iesu Christi. *** Fidem hinc illustrissimum esse Dei opus res ipsa pro me loquitur.

* Conferantur, quæ §. 4. huius capitatis & cap. II. §. 8. dicta sunt Addimus Col. I, 21. καὶ ὑμᾶς ποτὲ ἐν αἷς ἀπηλλογισμένος καὶ ἐχθρός τῆς διάβολος ἐν τοῖς ἔχοντος τοῖς πονηροῖς, Καὶ ὑμεῖς οὐαίστητοι εἰς τοὺς ἀλλούς, καὶ φίλοι θεῶν εὐλόγων, ερεδιδοῦτε Abrahamus Deo & imputatum est ei in iustitiam & amicus Dei nominatus es. Ex quo loco simul natura admirandæ huius amicitiæ constare potest. Nititur reconciliatione, Christi sanguine parta, quæ si vera fide adprehendatur, dulcissimum inde inter Deum hominemque enascitur mutuæ amicitiæ consortium. Deus enim illos, quos fide filio, eiusque meritis, inherere cernit, eodem, quo filium, complectitur paterni amoris affectu, Io. XVII, 23. In hominem autem vere credentem quum amor Dei, qui tantus est, ut Christus υπὲρ ἡμῶν mortuus sit, per spiritum sanctum effundatur Rom. V, 5. quid inde, nisi familiarissimum homini cum Deo commercium, oriri potest? Quæ ineffabilis familiaritas indissolubili gaudet mutuæ adhesionis nexu, vide Ps. LXIII, 7. 8. 9. Ebr. XIII, 5. Ef. XXV, 9. proditque se per amica inter utrosque colloquia. Deus cum homine ut amico loquitur per verbum, vel iucundissima promissa eorum animis insinuando, Hos. II, 14. vel eodem confolando & erigendo in afflictionibus Ios. I, 9. Ef. LXVI, 13, immo

K

ipfis

ipfis non inumquam ea, quæ sunt occulta, detegendo, quod contigit Abrahamo, *Gen. XVIII, 17.* nūm celer ego Abrahamum, quid sim facturus? Quæ occultorum iudiciorum reuelatio per immediatum adloquium et si iamiam cellet; idem tamen præstat Deus amicis suis, quando eosdem per miram rerum externarum dispositionem, venturis subtrahit calamitatibus. Insigne hic sunt exemplum Christiani Hierosolymitani, qui imminente huius impie vrbis interitu, Pellam, nescio quo fato, se se contulerant. Confer hanc in rem b. IOAN. GVIL. BAIERI *differat de migratione christianorum in urbem Pellam.* Sic & homo ea, quæ inter amicos obtinet, ἀπόποτε cum ipso Deo loquitur: id quod fit vel per indefessas preces, continuosque gemitus, dum omnes animi curas & sollicitudines in finum eius defert & effundit, *P/ LV, 23.* & *I. Pet. V, 7.* vel per gratiarum actiones, lætoscque hymnos, quibus amici optimi inuictam fidem, eximiam pulcritudinem, summamque decantat suavitatem, quod ex canto canticorum Salomonis pluribus constare potest. Qui familiares amicorum, mirabiliter coniunctorum, sermones adeo amicos amore accendent & inflammant, ut mutuis caritatis officiis inter se certare videantur. Deus tenerrimo suos complectens amore die nocteque eorum inuigilat saluti, prouida sua mente non modo quævis pericula auertendo; sed & eosdem omnibus honorum genere reficiendo & exhilarando. In primis descendit in omnia familiaritatis officia optimus ille amicus, mediator inter homines Deumque, Iesus Christus, qui in curia illa cœlesti, quam angeli contecta facie venerantur, egregie cauſam suorum agit amicorum, eosdem patri commendando, laudando, excusando, illisque inauditam parando felicitatem. Quæ omnia mouent familiarem, seu amicum Dei, vt nec suo hic deficit officio; sed se potius ipsum totum Deo & seruatori tradat & consecret. Hinc relictis, spretis exutisque mandi illecebris, fidelis anima ingenuæ aperteque satetur: *dilectus meus, meus est;* & ego illius, *Cant. II, 16.* Idque re ipsa euincit, dum totus conflagrat animus se consumendi in seruitiis tanti amici, *Io. XV, 14.* seque fidum præstandi vsque ad mortem, *Apec. II, 10.* At alio

hæc

hæc sufficient. Quantum vero hoc sit munus, eo, qui ut rex sedet in cœlesti solio, cunctaque regit & gubernat, ut possessor familiariter, quilibet iustus rerum spiritualium aëstimator, vel me non indicante, intelligit.

*** Fundamentum præclarissimæ huius dignitatis in eo possum est, quod filius Dei humanam induere carnem, eiusdemque nobiscum naturæ particeps esse voluerit. Id quod Paulus Ebr. II, 11. seq. ita exprimit: ὅτε γὰρ αἰγάλευνται οἱ ἀγιοὶ ζῶντες ἐν ταῖς πάντες διὰ τὸν αὐτὸν εἰς ἑταῖρούντας αὐτὸν θεός αὐτὸς καλεῖ, cert. Nam & qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno sunt omnes. Quam ob causam non erubescit eis vocare fratres. Inde hominibus aditum ad summos honores patere clarissimum est. Conferatur IOAN. FRANCISCVS BVDDEVS in meditatione sacra de aucta per incarnationem Christi humani generis dignitate, quæ exstat in meditationibus sacris, iam supra citatis, pag. 190. Verum enimuero, quum plerique mortalium proh dolor! tantis diuinæ gratiæ thesauris iustum statuere pretium haud didicere, immo his turpiter reiectis, vanarum tantum, quas mundus iactat, dignitatuum opumque, umbras sectentur; tanto honoris fastigio sua ipsorum culpa excidunt. Quare merito fidei tantum dignitatem tribuimus tantam. Hac sola digni reperimur tam splendido fraternitatem maxime stupende vinculo connecti. Non enim Christus pharisæos, aliosque eiusdem farine homines; sed solos discipulos, metu & terrore ob admissa peccata perculfos, gratiamque resurgentis sientes, tanta dignatur compellatione, ut videoas IOAN. XX, 17. πέρευσθε τὸς αδελφῶν μα, καὶ εἰπεῖ αὐτῷ: Αναβαίνω τοὺς τατέξα μου καὶ τατέξα ὑμᾶν, καὶ θεόν μα, καὶ Θεὸν ὑμᾶν, proficiere ad fratres meos & dic eis: adscendo ad patrem meum patremque vestrum, & ad Deum meum Deumque vestrum. Huc quoque referas, quando Christus primogenitus inter multos fratres audit, Rom. VIII, 29. col. Col. I, 18. quo titulo nihil aliud innuitur, quam Christum in domo patris cœlestis curam & œconomiam gerere rerum fraternalium, siue humanarum, & inter fratres suos, qui sunt vere credentes, esse primum & principem, conf. vener. IOANNIS FRANC. BVDDEI meditatio-

tationem paschalem de Christo primogenito ex mortuis, inter modo cum laude nominatas met tationes sacras, pag. 176. Idem est, quod illustrat nomen נָזֵר, quod benignissimo seruatori, qui iure consanguinitatis nos in libertatem ex durissima servitute adseruit, hæret, vt Gen. XLVIII, 16. Iobi XIX, 25. Qua de voce plura tradit SALOMO GLASSIVS in orat. de lingue ebreæ necessitate & utilitate, quæ inserta eius philol. sacræ legitur pag. 515. Vides ex hisce, quanta hæc dignitas sit, quantum honor, quam stupenda res! eo gaudere fratre, qui tamquam dominus vite & mortis sedet ad detram patris omnipotentis, omnia ferens verbo suo efficacissimo. Inspiciamus, quæ tanta de re b. LV THERVS tom. IV. Altenb. fol. 700. b. meditatur: *wer von Herzen gewiss und fest glaubte, daß Christus sein Bruder were, der würde in eitel springen daher geln und sagen: wer bin ich, der ich zu solchen Ehren komme, und GOTtes Sohns Bruder bin und heisse? bin ich doch nicht werth, daß ein so großer König und Herr aller Creaturen, mich seine Creatur heisse. Nun hat er nicht daran Gnüge, daß ich seine Creatur bin und heisse, sondern wil auch, daß ich sein Bruder sey und heisse. Sollte ich nun nicht fröhlich seyn, sintelmal mich der Mann seinen Bruder heisset; der ein Herr ist über Himmel und Erden, über Sünd und Tod, über Teufel und Helle, und alles, was genant mag werden, nicht allein in dieser Welt, sondern auch in der zukünftigen? aber unsre Herzen sind zu klein und zu enge, und der Trost ist viel zu groß und gar zu überschwenglich, daß wir ihn nicht fassen können. cet. Es ist ein groß Ding und Wunder, daß Christus sich nichts daran kehret, daß wir so große und base Buben sind, dennoch das unangesehn wil er unser Bruder seyn. cet. Quæ dignitas fide quum obtingat, quis ea maius umquam vidit opus?*

§. XVI.

Tamdem, vt omnem gloriam dignitatemque, quæ fidibus impertitur, vnico fasce complectar, illud hinc sequitur, cosdem esse Dei heredes, immo coheredes Christi.* Fide quum & hoc obtineatur, quis eam, tamquam Dei opus, summa ratione stupendum, venerari detrectetur?

* Cla-

* Clarissimum id testatur Paulus Rom. VIII, 17. εἰ δὲ τένει, καὶ πληγονόμοις πληγονόμοι μὲν θεῖ, συγκληγονόμοι δὲ χριστοῦ. Quod si filii sumus, etiam heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Hæc non modo iure adoptionis; sed & fraternalis, tamquam firmissimo niti talo, ex hac tenus dictis nemini obscurum esse potest. Quæ b. MART. LUTHERVS loco modo citato ita exprimit: die Folge, so das Wort, Bruder, mit sich bringet, ist über alle maß wichtig und herrlich, denn bin ich Christus Bruder, so folget unwiedersprechlich, daß ich mit Christo sitze in gesamten leben und gleicher Erbschafft. Also giebt mir das Wort Bruder eine solche Krone auf mein Haupt, welche niemand aussprechen kan, noch mit Gedanken ergründen oder begreiffen. cet. Idem confirmant loca Luc. XXII, 29. Apoc. III, 21. Quicunque vicerit, tribuam ei, ut sedeat mecum in throno meo, ut & ego vici & sedeo cum pare meo in throno eius. Et ad Phil. III, 21. qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme fiat eius corpori glorioso. Quare merito Paulus hanc hereditatem nominat, τὸ καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν εὐαντίον βάζει. II. Cor. IV, 17. Quum itaque ipsi apostolo tantæ rei exprimendæ verba defuerint, nihil aliud superest, quam ut cum b. MACARIO homil. XXXIV. §. 3. pag. 451. adseramus: ὁφέλεις ἐν Ιησοῦ μᾶλλον ἀγαλλιασθῆναι καὶ χαρῆναι, ὅτι τοσοῦτος πλεῖτος καὶ πληγονόμοι τοῖς χειρονοῖς ήτομαστοι, ἃς μηδένα δυναθῆναι εἰπεῖν, η ἐξαργεῖσθαι. Debet igitur aliquis vehementius exultare & letari, tantas opes & hereditatem christianis preparatam esse, ut nemo possit eloqui aut enarrare. Quod immensum & infinitum βερεῖσθαι quum fides reportet, habes hic summum Dei opus. Adponamus iterum verba LUTHERI ex allegatione MART. STATII in geistlicher Schatz-Kammer der Glaubigen pag. 321. der Glaube hält sich an Christum, und schleusset ihn in sich, als sein eigen gegeben Gut. Denn der Glaube ist ja nicht der Schatz von Gott gegeben, daran man glauben soll, sondern Christus Gottes Sohn. Aber wie gross und unansprechlich disz alles ist, so ist doch dagegen viel grosser und wunderbarlicher daß ein menschlich Herz alles soll können glauben. Denn da muß ein Herz seyn,

das da kan fassen, mehr denn Himmel und Erden vermag zu begreissen; dass man muß sehen, was für eine treffliche göttliche Kraft und Werck der Glaube ist, der da kan der Natur und aller Welt unmögliche Dinge thun, und nicht weniger wunder ist, denn alle Gottes Wunder und Wercke, noch grässer, denn daß Gott ist Mensch worden. cet. Hinc merito diuinus scriptor exclamat: ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ θῆριον εὐσεβίας μυστήριον. Θεός ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐπιτεύχθη ἐν κόσμῳ, omnium confessione magnum est mysterium: Deus manifestatus in carne, fides ita habita est in mundo, I. Tim. III, 16.

§. XVII.

Dum non procul a portu abesse videmur, nouum occurrit pro fide, tamquam opere Dei omnium maximo, argumentum, a fide infantum desumtum. In caussa hæc sunt: destituuntur hi vsu rationis & omni cognitione; non minus tamen Deum in his, quam in adultis, pro immensa potentia, qua potest efficere, quæ non intelligimus, fidem saluificam operari litteræ cælestes edocent. *

* Dum ipsis non modo salus æterna, quæ sola fide obtinetur, adiudicatur, Marci X, 14. 15. sed & expressis verbis τὸ credere ipsis vindicatur, Matth. XVIII, 2. 3. 4. 5. 6. ὃς δὲ ἀναδαλίσῃ τὸν μηνὸν ἡστὸν, τῶν πιστεύοντων εἰς ἡμᾶς. cet. quisquis autem offendiculo fuerit vni ex paruis ipsis, qui in me credunt. Accedit, quod baptismus expresse ab apostolo vocatur ἡστὸν παλιγγενεσίας nouâ animâσιον πνευματικâ regenerationis spiritus sancti. Tit. III, 5. quis vero est is, qui regenitus, seu ex Deo natus est? ταῦτα ὁ πιστεύων, διτίσθεται εἶναι ὁ χριστὸς, respondet apostolus I. Ioan. V, 1. Ipsa quoque natura sacramenti hoc requirit, quum alias omni careret fructu hocce initiationis sacramentum. Vnde necesse est, vt Deus tale quid producat efficiatque in tenerum infantum animis, quo omnium Christi meritorum participes redduntur, idque est, quod nos fidem nominamus. Nolo hic plura vrgere contra eos, qui fidem infantum peruegant; quum

in

in omnibus theologorum nostræ ecclesiæ scriptis dogmaticis
hac de re præcipiatur fusius, quorū lectorem ablego, præci-
pue ad FRIDEM. BECHMANNVM *adnotacionibus uberioribus in*
compendium theol. LEONH. HUTTERI loca XX. qu. XI. §. 2. seq.
pag. 668. Præterea laudo doctissimos viros, peculiaribus scripti-
onibus hanc materiam magna cum laude pertractantes, *vt AEGI-*
DIVM HVNNIVM, IO. ADAMVM SCHERZERVUM, IO. NICOLAVM
QVISTORPIVM. Quibus adde celeberrimi apud Lipsienses ho-
die theologi, CHRISTIANI FRIDERICI BOERNERI *disput.*
de fide Iacobi in utero, qui in primis IO. MARCKIVM refutat §.
12. pag. 36. Videatur quoque, qui nouissime idem persequutus
est, IO. GEORGIVS WALCHIVS, vir clarissimus, *dissert. theol. de*
fide infantum in utero. At si quæras, quo pacto fides, quæ v-
sum rationis alias postulat, nec sibi absque notitia constat, in in-
fante, his omnibus destitutos, cadere possit? scias, hic
se prodere stupendum potentiae opus, quod nulla ratione
indagare potest intellectus humanus, idque proinde non ri-
mari; sed admirari sancta decet mente ac venerari. Hinc opti-
me tibi consules, filios, qui fidem infantibus ea ex causa abiu-
dicant, quia id ratione capere nequeunt, non audias; mecum
hinc potius elicias, quod sponte sua fluit, fidem omnia opera di-
uina sua præstantia longe superare.

§. XVIII.

Finem & coronidem nostræ imponat tractationi,
stupenda fidei victoria, & inuicta vere credentium in sum-
mis quoque calamitatibus & afflictionibus constantia &
perseuerantia. * Quæ si rite perpendatur, egregium ad-
dunt iis omnibus, quæ de fide, tamquam opere Dei o-
ptimo, diximus, pondus.

* Descendendum iam mihi est in tristissimos illos tormentorū atrociſſimorum campos, quos inaudita hostium christiani nominis ſæuitia primis ecclesiæ primitiæ euangelicæ ſeculis aperuit. Sane quidquid furor crudelitatis, quidquid ingenium acuminis, quidquid dignitas potentiae ſuggerebat:

id omne ad excogitanda & exquirenda varia, eaque crudelissima suppliciorum genera, christiane religionis confessoribus, insigenda, & ad fidem eorum extorquendam excutiendamque, conferebatur. Specialius hæc recensere huius loci non est. Ceterum vanum irritumque fuisse omnium hostium conatus, euentus fatis abundanter edocuit. Diuina fidei, qua primi illi confessores pollebant, vis & potentia, semper illæsa, semper invicta perdurabat, nullis cedens doloribus; sed potius victrix de summis quibusque cruciatibus triumphum egit, adeo ut merito exclamare potuerint ēν τέτοις πάσιν ἵπερινθεν; Rom. VIII, 37. Qua ratione luculentissimo comprobatum est exemplo, *fidem esse victoriam, quæ vincit mundum.* I. Ioan. V, 4. Egregie hæc nobis Paulus ob oculos ponit Ebr. XI, per integrum caput. Πίστη, inquit v. 24. 25. Μωϋσῆς μίγας γενέμενος σελήνη λέγεται αὐτὸς θυγατέρος φαρεώ. Μᾶλλον ἐλόμενος συγκατεχεῖται λαοῦ Θεῷ, ἢ περσικαῖον ἔχειν ἀμάρτιας ἀπόλαυσιν. Μείζονα πλάγιον ἡγοσίμενος τὸν ἐν Αἴγυπτῳ θησαυρὸν τὸν ὄνειδος μὲν ἡ τεχνὴ αἰπέλεπε γεφ εἰς Ἰην μαθαποδοσίαν, cet. Per fidem Moses iam grandis renuit vocari filius filiæ Pharaonis: potius eligens simul malis vexari cum populo Dei, quam temporariam habere peccati fructuinem: maiores ducens diuitias probrum Christi thesauris Augyptiacis. Intuebatur in præmii retributionem. Iunge his v. 35. seq. mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos: ali vero ēτιμωτανίτησαν, distentū sunt in palo, eique adfixi ad ultimum usque halitum distenta terga atrocissimis sustibis exposuere, & τερρόεστέραν τὸν αἰτολύτεστων, scilicet quæ ipsis sub conditione αἰτοσασιας offerebatur. Alii, pergit apostolus, Iudibria & flagella sunt experti, insuper & vincula & carcerem. Lapidati, dissecti, temnati sunt, oberrarunt cum ocellis & caprinis pelibus, egentes, afflicti, male habiti. Adde Rom. VIII, 35. seq. & I Cor. IV, 9. seq. Audiamus hac de re b. LVTHERVM tom. V. Alt. fol. 648. das ist nun die Kunst des Glaubens, daß man ergreiffe dasjenige, so man nicht siehet, wie dem alles, was wir von Christo haben, verborgen ist und wird gleich das wieder Spiel

spiel davon gesehen, denn der Glaube sieht, daß er nicht fühlbar oder greifbar. Das ist die Kunß des Glaubens, ein solch scharff Gesicht hat der Glaube, daß, wenn ich sehe, daß der Hencker mir den Kopf abbauet, oder mich verbrennet und ich geradet werde, das fühlbar, und habe den Todt für den Angen, da soll ich dennoch sehen das Leben und sagen, ob ich gleich gewatet werde, so wil ich doch wieder leben. cet. Ex quibus cuilibet patere posse puto, quam infinita lateat in fide potentia, quantumque illud sit diuinæ virtutis opus. Nec hic silentio prætereundæ summa illæ calamitatem, omnes dirissimorum hostium impetus & cruciatus longe superantes, si vere credentes se a Deo relictos desertosque esse existimant, omnigratiæ certitudine amissa: quibus iungit se infernalis genii horrendus furor, vt se pessimis de Deo rebusque diuinis suggestionibus sentiant expositos, de quibus extremis tormentis vide fusius b. IOAN. PORSTIVM theol. præf. regeniorum, meditat. XLIV. pag. 637. seq. breuius b. IOAN. ARNDIVM lib. II. c. 53. At quum & hic fides, stupenda Dei potentia in tantis tenebris conseruata, victoriæ reportet, immo eo altiores agat in animo radices, quo grauius fuit confusa & quassata, quid aliud nobis relinquitur, quam vt his omnibus perpensis, clarissima profiteamur voce, summum, sumnum, inquam, fidem existimandum esse Dei opus?

§. XIX.

Iam liceat vela contrahere, summas, quas mente concipere possumus, gratias, Deo, fonti omnis vitæ & lucis, agentibus, quod tot tamque stupendis haec tenus in nos collatis beneficiis, & hoc addere benignissime voluerit, vt publico specimine, quam nobis in academiis insinuauerit pro immensa sua gratia, mentem, ostendere haud indignos prorsusque ineptos, reddiderit. Effundat, rogamus, super

L

omnes,

omnes, spiritum fidei, ut hanc, tamquam σοφίαν θεσσαλίαν μυστηρίου, sapientiam Dei in mysterio, id est, occultam, quam Deus præfiniuit ante secula in gloriam nostram, I. Cor. II, 7. venerari & colere discant. O ter quaterque beatos! qui relicta πατέρων αδελφῶν ταπεινωπότεροι, ex qua Christus teste Petro I. ep. I, 18. pretioso sanguine suo nos redemit, exutisque circa fidei pietatisque studium præiudiciis, hanc sapientiam, velut argentum, querunt, & tamquam abditos thesauros scrutantur, Proph. II, 4. Nam qui eam consequitur, consequitur vitam cap. VIII, 35. non modo spiritualem, ut viuant cum Paullo in fide filii Dei, Gal. II, 20. sed & eternam, quæ a spirituali nulla ratione diuelli potest, ut fruantur eadem, quam Christus est consequitus, hereditate. Quam infinitam felicitatem Deus omnibus clementissime largiatur per Iesum Christum, dominum, seruatorem ac redemptorem nostrum unicum!

ERRATA.

L ege p. 3. l. 3. tentandi. p. 5. l. 13. Act. XX. p. 30. l. II. sunt & qui p. 31. l. antepen. tñs p. 32. l. 7. de Deo. p. 35. l. 10. v. 13. l. II. לְמֹרֶר p. 46. l. 9. תְּשִׁיבַת חַדְרָה. p. 47. l. 19. robur. p. 61. l. 7. pro I. AN. lege HENR. Dele p. 30. l. 3. posterius ad.



PRAE-

PRAESTANTISSIMO DOCTISSIMO
QUE IVVENI

IOANNI LICHOTIO

SVO

S. P. D.


IO. FRANCISCVS BVDDEVS.

Non sine insigni laetitia intellexi, te dissertationem academicam de fide tamquam opere Dei summo, sub moderamine summe venerandi viri, cuius mihi longe iucundissimum nomen est, PAVLII ANTONII, eruditorum examini expositum. Nullus enim dubito, quin ea id facturus sis ratione, ut opinio, quam omnes, quibus innotuisti, de te animo conceperunt, inde confirmetur. Ad me quod adinet, non possum non praeclara quaevis atque egregia de te sperare, patriaeque TVAE atque ecclesiae polliceri. Per omne enim istud tempus, quo & institutione mea vlus & in aedibus meis commoratus es, eam vitae studiorumque TUTORVM iniuisti rationem, quam sequi eos decet, qui suae pariter ac aliorum hominum curae illorum aliquando committendorum saluti, rite consulere cupiunt. Nihil enim TIBI aut prius aut antiquius fuit, quam ut litteris iis, quibus ecclesiae doctorem instructum esse decet, haud perfunctorie animum inbueres, cum iis tamen etiam virtutis pietatisque minime fucatae studium coniungeres, adeo ut aliis exemplum, quod imitari, & ad quod se componere possent, relinqueres. Atque haec cum mihi aliisque perspecta

specia sunt & explorata, recte prorsus facis, dum publico
etiam specimine, quid valeant humeri, quid ferre recu-
sent, demonstras, temporisque non male collocati ratio-
nem reddis. Dignissimumque est, quod elegisti, differen-
tationis argumentum, in quo ingenii pericliteris vires,
immo ita comparatum, ut certa me spes teneat, fore ut
vberimi copiosissimique inde ad alios redundant fructus.
Si enim miseri mortales intelligerent, fidem maximum
esse Dei opus, in quo summa eius & potentia & benigni-
tas elucet, persuasuri sibi temere non essent, in suis plane
hoc positum esse viribus, ea agere aut efficere quae aeter-
nae salutis ratio postulat, seque ad tantum opus accede-
re posse, quandocumque sibi commodum visum fuerit,
etiam si iam ultima imminet hora. Quo quidem ut ni-
hil pernicioius cogitari potest, errore, ita eodem plurimi
abrepti in pernicitem suam ruunt. Hoc ergo dum agis,
ut rectius mortales sapere doceas, non est quod dubites,
quin omnibus hicce TVVS se valde sit probaturus labor.
Quo nomine ut TIBI gratulor, ita praepotentem Deum
supplex veneror, ut cuncta porro ex animi, nihil nisi quod
supremo Numini placeat, cupientis, sententia TIBI cede-
re iubeat. Vale. Scribam lenae die XII. Maii

M DCC XXVIII.

F I N I S.



Jg 6189

ULB Halle
002 675 65X

3



W 78




AN

2

D

B.I.G.



DISSESSATIO THEOLOGICA

DE
**FIDE, TAMQVAM
OPERE DEI SVMMO:**

QVAM
DIVINO FRETVS AVXILIO
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

PAVLO ANTONIO,
S. S. THEOLOGIAE DOCT. EIVSQVE PROFES-
SORE PVBL. ORDINARIO, CONSISTORII REGII
IN DVCATV MAGDEBURGICO CONSILI-
ARIO, ET DIOCESEOS SALANAЕ
INSPECTORE,

*PATRONO AC PRAECEPTORE SVMMA ANIMI
VENERATIONE COLENDO,*

IN AVDITORIO MAIORI
SOLEMNI MODESTOQVE DISQVIRENTIVM
EXAMINI SVBIICIT

AVCTOR

IOANNES LICHOTIVS,

ELBINGA-PORVSSVS,
S. THEOLOGIAE CVLTOR.

HALAE MAGDEB. AD D. MAI. AN. REPAR. SAL. CI C IOCC XXVIII.

LITTERIS CHRISTIANI HENCKELII, ACAD. TYP.